



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

1332 DA BOX

Nº 2456 b.



M. Tuscher fecit

LIB. R. HAFN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ΥΓΙΕΙΝΗ.

SANITATIS CONSERVATRIX.

ſeu

In ſex Galeni libros de ſanitate tuenda enarratio.

AVTORE

IACOBO BORdingo.

ROSTOCHII
Typis Myliandrinis.
ANNO 1591.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

M
SV
ri

cilè,
ſed pl
ſas ten
omiſsi
Præter
genera
omnib
conuer
multip
quæ a
bus ex
ne de ſ
pronur
aut illi
tale di

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

QVÆ SIT

METHODVS ET SVMNA LIBRORUM GALENI, de ſanitate tuenda.

PROpoſitum Galeni in hoc opere eſt, vt artem tradat, qua quiſq; corporis ſui ſanitatem quam diutiſsimè tueatur. Quod etſi arduum eſt ac difficilè, quod non eadem omnium ſit ſanitas, ſed plurimæ differentiæ, ſecundum diuerſas temperamenti & compoſitionis ſpecies, omiſsis etiam indiuidualibus differentijs: Præterea etiam, quod propter varia vitæ genera, magis minuſuè libera, non eadem omnibus etiamſi ſimiliter affectis, præcepta conueniant: Tamen Galenus in materia hac multiplici ac perplexa Methodū inuenit, quæ adhibitis certis diſtinctionibus, omnibus ex vſu ſit. In vniuerſa certè victus ratione de ſalubri & inſalubri abſolute ferè nihil pronunciari poteſt, ſed neceſſe eſt, vt huius aut illius corporis reſpectu vnumquodque tale dicatur. Quod ſi abſolutè ſalubre aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

inſalubre aliquid pronuncietur, id tempe-rati corporis reſpectu tale eſſe exiſtimandum erit.

Cùm itaq; corporis ſtatus optimus, vnus ſit, reliqui, qui ab illo deficiunt, ſed tamen intra ſanitatis terminos adhuc conſiſtunt, multi: Galenus ab optimo, qui vnicus & ſimplex eſt, primum orditur, eiq; per omnes ætates tuendæ ſanitatis leges præſcribit. Deinde ad alia genera progreditur, quæ quanto magis ab optimo recedunt, tanto etiam diuerſa magis auxilia requirũt.

Coniungit etiam Galenus cum optima ſanitate viuendi genus liberum, proponitq; hominem, qui cum optimam naturam ſortitus ſit, ea quoq; ſit fortuna, vt nullo publico vel priuato munere, vel rei familiaris inopia impediatur, quo minus valetudini integrè vacare poſsit. Hic quomodo ſtatim initiò, poſtquàm in lucem editus eſt, educari debeat, vſq; ad decimum quartum ætatis annum, primo libro docet.

Secundo, tertio, quarto libro reliquas ætates vſq; ad ſenectutem perſequitur. Interim etiam aëris, ſomni, veneris, frictionum, lauationum, exercitationum, communium alimentorum, & ſimilium ſalubrium cauſarum, quarum in tuenda ſanitate fre-

te frequens vſus eſt, naturam & facultates exponit.

Quarto libro ſpontanearum laſsitudinum & aliorum quorundam ſymptomatum, quæ cum ſanis accidunt, futuros morbos prænunciare ſolent, cauſas explicat, & qua ratione impendentes morbi vitandi ſint, docet.

Quinto libro ſenibus victus rationem præſcribit, qua vitam quam diutiſsimè producere queant. Sed hactenus pro ſubiecto habuit hominem optimè temperatum & ſimpliciter ſanum, quiq; vitæ conditione eſt libera.

Sexto libro tandem ad vitioſa corpora progreditur, eaq; quomodo tractanda ſint, docet. Ac primum de ijs agit, quæ æquali, deinde de ijs, quæ inæquali temperie affecta ſunt, idq; non ſolùm in vita libera, verum etiam ſeruili.

Porrò quæ de vitioſis corporibus, ſeu ſanitate imperfecta corrigenda præcipiuntur, facilia & perſpicua ſtatim ijs fient, quibus Idæa illa corporis ſimpliciter ſani, eiuſque tractatio prius eſt cognita, & ſingularum cauſarum ſalubrium cauſa perſpecta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Argumentũ primi libri.

IN omni Methodica doctrina neceſſariæ ſunt hypotheſes, ex quibus ceu fundamẽtis quibuſdã ſequentia extruantur. Galenus itaq; priuſquàm, quomodo ſeruanda ſit ſanitas, docere incipiat, primum quid ſanitas, & quam multiplex ſit, exponit, item quæ ſint præcipuæ eius notæ, quibus cauſis immutetur & corrumpatur. Qui enim conſeruandæ alicui rei operam dat, eum, quid ſit, & à quibus rebus corrumpi poſsit, ſcire prius oportet. Etſi autem hæ Hypotheſes, ex alijs Galeni operibus, vbi copioſius tractatæ ac demonſtratæ ſunt, ad hanc doctrinam afferri debuerint: tamen eas hoc loco rurſus repetere voluit, vt in hoc vno opere perfectam doctrinã nobis traderet, immoraturq; in hac materia vſq; ad *10.* caput.

A *10.* capite vſq; ad finem libri, quomodo recens natus infans per primum & ſecũdum ſeptennium educandus ſit, docet. Interim tamen etiam lactis, aquæ, aëris facultates ac differentias explicat, item quæ excrementa in humano corpore ſecundum naturam proueniant, & quæ organa illis expurgandis à natura deſtinata ſint, oſtendit.

PRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

PRIMI ET II. CApitis præcipui Loci.

I. *Quæ ſint præcipuæ artis Medicæ partes.*
II. *Quid ſit Sanitas.*
III. *Quæ ſint cauſæ internæ ſanitatem corrumpentes, quæ retardari quidem, ſed impediri planè non poſſunt.*

De primo Loco.

QVemadmodum reliquæ artes omnes boni alicuius cauſa comparatæ ſunt, ſic etiam Medicina. Finis enim eius eſt ſanitas. Medicus autem dupliciter ſanitatem ſpectat, nimirum, vt præſentem conſeruet, vel amiſſam recuperet.

Primæ igitur ac præcipuæ duæ huius artis partes exiſtunt, ὑγιεινὴ & θεραπευτικὴ. Harum contraria ſunt officia, Quare & remedijs contrarijs vtuntur. Θεραπευτικὴ in depellendo morbo corporis ſtatum immutat, idq́; celeriter & per remedia contraria. ὑγιεινὴ per ſimilia corporis ſtatum conſeruat, aut ſi quid mutet, contraria adhibet ſenſim ac moderatè.

Quatuor enim faciũt τῆς ὑγιεινῆς partes. Vnam, quę circa inculpatã corporis valetu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

dinem verſatur, nec prorſus quidquam mutat, & eam propriè ὑγιεινὴν ſeu conſeruatricem nominant. Huc pertinent præcepta primi, ſecundi, tertij libri.

Altera, quæ circa vitioſa corpora verſatur, eaq́; paulatim corrigit ἐπανορθωτικὴ, id eſt, correctoria appellatur. Huc pertinent propriè præcepta ſexti libri. Quanquàm & quintus eò referri poteſt.

Tertia, quæ futurum morbum prohibet, προφυλακτικὴ, id eſt, præſeruatiua dicitur. Ad hanc referenda ſunt ea quæ quarto libro præcipiuntur.

Quarta, quæ corpora exhauſta & morbo iam liberata rurſus refici, ἀναληπτικὴ, id eſt, reſumptoria dicta eſt. Præcepta huc pertinentia, reperies in vltima parte artis Medicinalis.

Sanitas & dignitate & tempore morbum præcedit. Quare etiam doctrina de ſanitate tuenda præmittenda eſt doctrinæ de curatione morborum. Reliquæ Medicinæ partes duabus prædictis ſubſeruiunt. ὑγιεινὴ enim præſupponit φυσιολογικὴν, θεραπευτικὴ verò αἰτιολογικὴν & σημειωτικὴν.

De ſe-

De ſecundo Loco, Quid ſit Sanitas.

EX hoc Theoremate vniuerſæ Medicinæ ſcientia extruitur. Neq; enim quomodo conſeruanda ſanitas ſit, inueſtigari poteſt, niſi prius, quid ſanitas ſit, exploratum habeamus. Neq; de morborum differentijs, cauſis, ſignis, curatione diſputari poteſt, niſi prius, quid in genere morbus ſit, intelligamus.

Morbi autem notitia non aliunde, quàm ex ſanitatis natura prius perſpecta comparatur. Sunt enim ſanitas & morbus inter ſe contraria, Ideoq; ſub eodem genere etiam collocantur. Sed ſanitas συμμέτρου rationem obtinet, morbus ἀμέτρου. Σύμμετρον autem prius & per ſe cognoſcitur. Αμετρον verò non niſi collatione ad σύμμετρον. Non aliter, quam quid ſit angulus rectus, ex propria definitione cognoſcimus: Quid autem obtuſus & acutus, poſteà ex relatione ad rectum. Eſt enim rectum, vt dicitur, index ſui & obliqui.

Prætereà ſanitas finiti rationem habet, morbus infiniti. Omnibus enim morbis, qui infiniti ſunt, præſertim ſi differen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tias ſecundũ maius & minus cõſideres, vna ſanitas opponitur. Συμμετρία enim non niſi vna & ſimplex eſſe poteſt. Αμετρία multiplex eſt & infinita, Vt & veritas vna eſt, Error varius & multiplex. Ex his patet non ſolùm ὑγιεινὴν, ſed etiam αἰτιολογικὴν & θεραπευτικὴν, & reliquas Medicinę partes, ex ſanitatis notitia pendere. Eadem eſt Galeni ſententia lib. 1. de morborũ differentijs, lib. 1. Methodi, libro de conſtitutione artis.

Primum igitur locum in ſanitatis inueſtigatione obtinet ipſa cõmunis notio. Appellant autem omnes homines ſanum eum, qui actiones omnes, quarum facultatem natura ſuppeditat, ſine noxa obire poteſt, ægrum, qui non poteſt. Ex quo definire iam ſanitatem poſſumus, Quod ſit naturalis potentia, à qua omnes actiones ſecundũ naturã proficiſcuntur. Verum hæc definitio à poſteriori ſumpta, communis tantũ notio eſt, & nominis potius quam rei definitio. Altius igitur eſſentia ſanitatis ſcrutanda eſt. Et quemadmodũ Architecti faciunt, qui ædiũ, quas reparare aut ſuſtentare ſtudent, primũ partes omnes diligenter conſiderant, & quę ſingularum ſit ſtructura, ſubſtantia, mutua inter ſe connexio, quis deniq; vſus obſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

uant: ſic Medicum quoq; qui tuendi atq; inſtaurandi humani corporis artem profitetur,facere conuenit,atq; inquirere primũ, quæ illa ſint, ex quibus corpus humanum conſtet,ſeu quę ſint materialia humani corporis: deindè quæ formalia,& quæ ſtructura,quę connexio aut temperamentum: tertio, cuius vſus gratia ſingula ſic conſtructa ac temperata ſint.

Prima autem & maxima harum rerum cognitio ex Anatomia petenda eſt. Ea enim corpus variè coagmentatum diſſoluit, & partes omnes, quot,quales, & quantæ ſint oculis ſubijcit. Poſteà verò mens hac ſenſuali cognitione incitata, reliqua colligit, donec integram atq; perfectam corporis ac ſanitatis notitiam ſit conſequuta. Verum hęc copioſiſsimè in Phyſiologicis Medicorum libris explicata ſunt. Nos hìc tantum Methodum & rerum ſummas indicare inſtituimus.

Quod igitur ad Materialia corporis attinet,depræhendũtur ea quidẽ ſenſibus triplicia,partes,humores,& ſpiritus,quęHippoc.alijs nominib.deſignauit,appellauitq;, continẽtia, contẽta & impetũ facientia. Partes corporis,continẽtia appellat, quod ſolidiores ſint,& propriã habeãt circũſcriptionem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

nem. Humores contenta, quod propter fluxibilitatem alieno termino contineantur. Spiritus verò impetum facientia, quod celerrimè moueantur.

Partium primum duplex eſt differentia. Quatenus enim certam habent compoſitionem, hoc eſt, certam magnitudinem, certum numerum particularum, ex quibus componuntur, certam figuram & ſitum, organicæ dicuntur: Quod cum his accidentibus exornatæ ſunt, perfectarum actionum organa vel organorum partes exiſtũt, vt oculi, aures, lingua, manus, pes, digitus, cor, epar, pulmo, &c. Quatenus verò nulla compoſitione ſunt præditæ, & ſubſtantia conſtant vndequaq; ſimili, ſimilares dicuntur. Huiuſmodi eſt cutis, venæ, arteriæ, nerui, membranæ, tendines, ligamenti, cartilaginis, oſsis, adipis, medullæ ſubſtantia.

Humorum appellatione continetur, ſanguinis maſſa & reliqui vtiles ſucci, vt lac, ſemen, &c. Excrementa, vt ſudores, vrinæ, & ſimilia, ad corporis ſubſtantiam non pertinent, ſed ab ea vt ſuperflua ſecernuntur. Porrò conſtare etiam humores diſsimilari ſubſtantia, ſenſus quoq; indicat. Reſoluuntur enim in partes inter ſe diſsimiles, & concretis ipſis ſimpliciores, vt ap-

parent

paret in lacte, & ſanguine extra venas conſiſtente.

Spiritus omnium quæ in corpore ſunt, tenuiſsimi ſimpliciſsimiq́; apparent. Verum vbi ſenſuali reſolutione ad extremum deducta, ea inuenta iam ſunt, quæ ſenſus in corpore ſimpliciſsima & prima Elementa eſſe iudicant, hîc dubitare mens incipit.

Cùm enim id quod ſimpliſsimum videtur, multis adhuc alterationibus mutationibusq́; ſit obnoxium, colligit ſtatim, non vnicum & ſimplex eſſe debere. Quærit igitur, num alia adhuc ſint ſimpliciora Elementa, quæ ſenſum effugiant, & ſi ſint, quot & qualia ſint.

Primus autem Philoſophorum & Medicorum, quorum extant monumenta, Hippocrates hanc dubitationem ſoluit in libro de Natura humana, in quo demonſtrat, ea quę ſecūdum ſenſum ſimpliciſsima ſunt, ex quatuor primis elementis, Igne, Aëre, Aqua, Terra, totis per tota alterabilibus, & certa proportione inter ſe permixtis, conſtare. Idq́; probat ex variis alterationibus quas perpetiuntur, ex ratione generationis & corruptionis.

Hanc doctrinam ab Hippocrate acceptam poſtea expoliuit Ariſtoteles, lib. 2. de Gene-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Generatione & corruptione, item, Galenus in libris de Elementis ſecundum Hippocratem, vt nemini mediocriter Phyſicis principijs exculto, dubium iam eſſe poſsit, quin corporis prima Elementa materialibus cauſis annumeranda ſint. Cùm autem in reſolutione vltima inueniantur, conſtat in compoſitione ordine naturæ prima eſſe.

Inuenta corporis ac ſanitatis materia, forma quoq; inueſtiganda eſt; idq; quantum fieri poteſt ſenſu duce, à compoſitis ad ſimplicia procedendo. Cùm igitur compoſitarum ſeu organicarum partium actiones cōpoſitæ quoq; ſint, ac magis perfectę, & manifeſtum ſit eas tum integras eſſe atq; inculpatas, cum in organis ipſis compoſitionis, id eſt, magnitudinis, numeri, figuræ & ſitus συμμετρία vitiata nō eſt, ſtatim quoq; illud ſequitur, compoſitionis συμμετρίαν ſanitatem, ἀμετρίαν verò morbū eſſe, idq; omnes omnium ſectarum Medici vno ore fatentur.

Verum cum συμμετρία organica nihil vitiata, nihilo minus actiones corporis lędi, & hominem ægrotare ſæpè contingat, vt in febricitantibus omnibus apparet, neceſſe eſt in alio etiam genere ſanitatem & morbum conſiſtere. Id verò cuiuſmodi ſit, tum demū intelligimus, cum ſimilarium partium ſub-

ſtan-

ſtantiam ex Elementis, igne, aëre, aqua, terra conſtare ſcimus, & certum horum in permixtione modum eſſe, quemadmodum in organicis, magnitudinis, figuræ, ſitus. Ex his enim principijs facilè poſteà demonſtratur, ſimilarium partium ſanitatem eſſe συμμετρίαν calidi, frigidi, humidi & ſicci: eorundem verò ἀμετρίαν morbum.

Duo iam ſanitatis genera inuenta ſunt: Vnum proprium organicarum partium, in compoſitione conſiſtens: Alterum ad ſimilaria propriè pertinens, in elementorum tẽperamento eſſentiam habens. Porrò vtriſq; tàm ſimilaribus quàm organicis partibus communis eſt vnitas ſeu continuitas. Hæc cũ vitiata eſt, actiones manifeſtè lęduntur, & morbus exiſtit, quẽ Galenus primus continuitatis ſolutionem vocat. Ex quo iam patet, tertium quoq; genus eſſe ſanitatem perficiens, nempè ipſam continuitatem, ſeu continuitatis integritatem.

Atq; hæc eſt vniuerſa Galeni doctrina, de eſſentia ſeu cauſa formali ſanitatis & morbi. Eam verò Iohannes Fernelius medicus Regius Pariſienſis, qui ſcriptis ſuis non mediocriter artem medicam illuſtrauit, imperfectam eſſe judicat. Non enim ſimilarium partium ſanitatem &

tem & morbum in ſolo temperamento ſi-
tam eſſe vult, ſed addit alia duo genera, à
temperamento differentia, eoq; multò pręſtantiora, Materiam ſcilicet & Formam ſubſtantificam, quam & ſpeciem ac totam ſubſtantiam nominat; oſtenditq; tribus his diuerſis ac diſtinctis naturis, temperamento, materia, & ſpecie ſeu forma ſubſtantifica, omnem ſimilarem particulam valere & conſeruari, & rurſus vno aliquo ex ijs deficiente aut pereunte, ægrotare ac corrumpi.

Temperamentum, vt modò ex Galeni & communi Medicorum omnium ſententia oſtendimus, eſt quatuor primarum qualitatum, calidi, frigidi, humidi & ſicci, iuſta in ſimilaribus proportio ſeu συμμετρία.

Materiam appellat Fernelius eam naturam, qua partes ſimilares molles ſunt aut duræ, latæ aut aſtrictæ, raræ aut denſæ, tenues vel craſſæ, acuti ſenſus aut obtuſi: Et harum qualitatum συμμετρίαν, moderationem mâteriæ, ἀμετρίαν, immoderationem materiæ nominat. Seiungit autē à temperamento, quod plerunq; temperamenti rationem non ſequantur. Plurimi enim probe temperati, corpore ſunt ita molli, raro ac laxo, vt neq; calorem, neq; frigus, neq; laborem, neq; vllam exuberantiam ferre

poſsint

poſsint. Rurſus plurimi male temperati ſunt corpore ita ſolido ac denſo, vt externas iniurias facilè ferant. Huius rei cauſam cũ ad temperamentũ referre non poſſit, ad materiam refert, quæ talem diſpoſitionem contraxit ex ſemine pauco & imbecillo, vel copioſo & valido, item ex viuendi genere molli ac delicato, vel exercitatione & vita aſperiore. Sed Fernelius alia multa argumenta recitat, etiam ex Galeno deſumpta, quibus demonſtrat, dictas qualitates, etſi ſecundæ dicantur, & ex primis profluere videantur, non propriè tamen ad temperamentum ſed ad materiam pertinere.

Formam ſubſtantificam, ſpeciem ſeu totam ſubſtantiam, appellat Fernelius naturã illam, qua vnaquæq; pars ſimilaris id eſt, quod eſt, vt qua caro eſt caro, os os, neruus neruus, eamq; cũ Ariſtotele non ex elementis ſed à ſemine, & diuiniore quodam principio naſci exiſtimat, ſtatuitq; concoctionem, nutritionem & reliquas actiones naturales his ſubſeruientes, attractionem, retentionem, alterationem, expulſionem, item motum & ſenſum, propriè ac primò huius formæ ſubſtantificæ vi fieri. Ac primum eius inſtrumentum eſſe, eam quæ in ſimila-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ribus eſt ſubſtantiam ſpirituoſam, cui ſub-miniſtrant ſimilarium materia, & temperamentum & organorum compoſitio. Morbos venenoſos, peſtilentes, contagioſos, ἐπιδημίους, putredinoſos, & febres quaſdam, neq; ad temperamentum neq; ad materiam referri poſſe oſtendit: Quare in tota ſubſtantia eos collocat, appellatq; generali nomine totius ſubſtantiæ corruptelam. Et remedia his opponenda putat, non quæ vires habeant temperamenti aut materię qualitatibus contrarias, ſed quæ totius ſubſtantiæ qualitati ipſi aduerſentur. Pauca hæc de Fernelij ſententia commemorare volui. Diſputatio ipſius de hac re ampla & erudita extat libro ſecundo de abditis rerum cauſis, à capite nono, vſque ad finem libri. Hactenus quam fieri potuit breuiſsimè materiales & formales cauſas expoſuimus.

Tertium quod inquirendum propoſitum erat, eſt cauſa finalis, ſub qua maximè comprehenduntur communes vitæ actiones. Ideò enim ſanitatem omnes expetunt, vt ſine dolore actiones quaſuis obire queát. Cumq; natura nihil fruſtra faciat, quęcunq; ſunt in corpore, ad actionem vel vſum aliquem ſunt referenda. Humoribus & ſpiritibus partes ſimilares nutriuntur & vegetá-

tur. Ex ſimilaribus organicæ partes conſtituuntur. Hæ tandem perfectas actiones edunt, quarum gratia nemo non viuere & valere optat.

Harum igitur diſcrimina notare conuenit, & ex quibus organis ſingulæ actiones proficiſcantur, conſiderare. Cùm enim actiones organorum ſint actiones, & rurſus organa actionum organa, ſecundum naturã relatiuorum, vtrumq; ex altero inueſtigare oportet, atq; ex poſteriori, nempè ex actionibus integris vel læſis, ſanitatem & morbum judicare. Cum actionibus integris alia quoque accidentia ſanitatem comitari ſolent, vt elegantia totius corporis, coloris, habitus, & ſimilium accidentium, quæ in ſenſus cadunt: item excrementorum à corpore prodeuntium mediocritas: Dicuntur hæc ſanitatis συμβεβηκότα. Dum præter naturam vna cum actionibus vitiantur, morborum ſymptomata vocantur.

III. Locus.

Quæ ſint cauſæ internæ ſanitatem corrumpentes.

Sanitas, cuius naturam ſeu eſſentiam modo explicauimus, affectus eſt non permanẽs,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſed aſsiduè mutabilis. Quare arte opus eſt, quæ mutationum cauſas & incommoda perſpiciat, & id præſtet, nè præpropere corpus intereat.

Porrò mutantes ac corrumpentes ſanitatem cauſæ ſunt duplices. Quædam nobiſcum congenitæ planè vitari nequeunt. Oriuntur enim ex ipſis generationis principijs, tanquam ex radice. Hæ internæ dicuntur. Aliæ ſunt externæ, de quibus agemus paulò poſt. Quod ad internas attinet, conſtat principia generationis noſtræ eſſe, vtriuſq; parentis ſemen & ſanguinem maternum. In his ſemen formæ, ſanguis materiæ rationem magis obtinet. Vtrumq; calidum eſt & humidum abſolutè. At ſanguis ad ſemen collatus frigidior & ſiccior eſt, ſeu magis aquoſus & terreſtris. Plus enim habet aquoſæ & terreſtris ſubſtantiæ quam ſemen: Semen plus igneæ & aëreæ ſubſtantiæ quam ſanguis.

Porrò ex talibus principijs præhumidis generatur corpus noſtrum, quod magna ex parte particulis conſtat ſiccis, vt oſſibus, membranis, venis, arterijs, &c. Et manifeſtũ eſt, id quod in vtero conceptum eſt κύημα, dum membri cuiusq; lineamenta ducit, & perfectam quandam ſpeciem induit,

duit, paulatim magis ac magis ſicceſcere. Ex quo iam facilè demonſtratur, principijs illis humidis admiſceri oportuiſſe elementa, quæ ſiccandi vim haberent. Eiuſmodi ſunt, terra & ignis. Horum autem ſiccitas facit, vt ea quæ in prima generatione, vi caloris natiui generata ac diſpoſita ſunt, firmitatem ac robur obtineant, & rurſus ceu figulinum opus non diffluant ac collabantur.

Verum hæc Elementa ſemel corpori indita, amplius non ſeparantur. Nam poſteaquàm in lucem editus eſt fœtus, etſi humidior adhuc eſt, perpetuò tamen ſiccior euadit, & ſimul cum ſiccitate incrementum & robur paulatim acquirit, vſq; dum ad ætatis vigorem peruenerit, in quo iam omne incrementum ſiſtitur, & vires omnes ſummæ cernuntur. Poſteà verò vbi ſiccitas nunquam non perſeuerans humido præualere incipit, paulatim corruptionis cauſa exiſtit, & deſinit in marcorem, quem Græci ἄυανσιν appellant: Eſtq; naturale illud ſenium, quod tandem excipit mors.

Ex his iam patet, corpora omnia quo generationi ſunt propinquiora, eò humidiora eſſe: Quo verò longius ab ea recedunt, eò ſicciora euadere, & ſiccitatem v-

nam eſſe internam & ineuitabilem cauſam, qua corpora noſtra aſsiduè ad interitum tendunt, etiamſi nulla fieret ſubſtantiæ reſolutio. Ex hac ſiccitate magis minusúe prędominante Medici propriè diſtinguunt ætates.

I. Prima ætas calida eſt & humida, extenditur ferè vſq; ad viceſimum quintum annum. Et quanquam diſtinguitur partibus, infantia, pueritia, pubertate & adoleſcentia: non ineptè tamen tota hæc ætas adoleſcentia dici poteſt, quod in ea corpora præhumida adhuc augentur & adoleſcunt.

II. Quæ hanc ſequitur Iuuentus, vſq; ad triceſimum quintũ annum, peræquè quidẽ calida ſed minus humida exiſtit. Quare ad priorem collata ſicca nonnunquã dicitur, cum abſolutè loquendo humida adhuc ſit.

III. Tertia huic ſuccedens, vſq; ad annũ quadrageſimum quintum ferè, exiguos habet tum humidi tum ſicci exceſſus. Quare etiam conſtans, matura, & media ætas appellatur.

IV. Quarta, prima ſenectus dicitur, durat ea ferè vſq; ad ſexageſimum quintum annum. Vincit autem iam manifeſtè ſiccitas humiditatem, ac ſimul cum humido calor natiuus minuitur.

Poſtre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Poſtrema ætas omnium ſicciſsima & frigidiſsima, vitam claudit, vocaturq; ſenectus decrepita.

Inuenta eſt vna interna & ineuitabilis cauſa, corpora noſtra corrumpens, nempè ſiccitas. Reliquæ adhuc ſunt duæ, nimirum aſsiduus ſubſtantiæ fluor, nutritionem poſtulans, & quæ nutritionem ſequuntur, excrementa. Statuendum enim pro hypotheſi eſt id, quod alijs locis copioſius à Galeno demonſtratur, corpora noſtra non ſolùm aſsiduè ſicceſcere, ſed vniuerſam ipſorum ſubſtantiam, vi caloris incitati, paulatim etiam diſſolui ac diffluere. Quæ niſi ſimili ſubſtantia inſtauraretur, corpora breui tempore diſsiparentur, & ſua ſponte interire neceſſe eſſet, quemadmodũ apparet in ijs qui inedia moriuntur. Aliam igitur ſubſtantiam ſeu ſimilem, in locũ eius quæ perpetuò defluit, ſuccedere oportet. Hæc nutrimentum propriè dicitur, eiuſque in corporis ſubſtantiam conuerſio, nutritio, cui ſubſeruiunt facultates illæ naturales, omnibus particulis inſitæ, Attractrix, Retentrix, Alteratrix, Expultrix.

Porrò quæ à corporibus defluit ſubſtantia triplex eſt, ſolida, humida, & ſpirituoſa. Triplici igitur alimento inſtaurationẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

rurſum fieri oportebat, & ſolida cibo, humida potu, id eſt, liquidiori alimento, ſpirituoſa aëre inſpirato & per arterias attracto, refici.

Verum huiuſmodi refectionem tertia mox ſequitur corruptionis cauſa, ipſa videlicet excrementa, quæ à nutrimento aſſumpto neceſſariò redundant. Cùm enim nutrimentum omne ſimile eſſe oporteat ei, in cuius locum ſuc cedit, ſubſtantiæ, ea verò quæ aſſumuntur, talia nondum ſint, neceſſe eſt vt priuſquam nutriant, talia fiant. Ad id autem varijs alterationibus & concoctionibus indigent. Porrò inter alterandum & concoquendum ſeparatur id, quod à corporis natura alienum eſt, ab eo quod idoneum eſt, vt in corporis ſubſtantiam vertatur. Vocantur autem quæcunq; ita ſeparantur, excrementa, Græcis περιττώματα. Quæ ſi immodicè coaceruentur ac diutius retineantur, corruptionis etiam cauſa exiſtunt. Obſtructiones enim & putredines pariunt, calorem natiuum obtundunt, ac tandem ſenectam mortemque accelerant. His igitur ſeparandis, deducẽdis, colligendis & excernendis, certa organa natura deſtinauit, quæ omnia luculenter oſtendit Ἀνατομὴ, & Galenus infra de ijs aget cap. 17. huius libri.

Cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Cùm itaq; demonſtratum ſit, tres eſſe cauſas internas ineuitabiles, corpus noſtrũ corrumpentes, ſiccitatem, fluorem ſubſtantiæ, & excrementa, triplex hinc ſtatim oritur tuendæ ſanitatis ſcopus. Vnus, ne corpus præproperè ſeneſcat. Alter, vt idoneo alimento reficiatur. Tertius, vt collecta excrementa expurgentur. Verum ſiccitatis nullum proprium eſt remedium, ſed nè corpus ante tempus marceſcat, vltro ſequetur, ſi in reliquis duobus non ſit erratum.

CAPVT III.

QVÆ SINT CAVſæ Externæ ſanitatem mutantes.

DVplex cauſarum genus propoſitum erat, à quibus corporis noſtri ſtatus immutaretur. Vnum, quod modò expoſuimus, internarum cauſarum, quas naturæ neceſsitas adfert. Altero genere, quod modò ſequetur, externæ cauſæ, id eſt, quæ nobis ingenitæ non ſunt, ſed extrinſecus accedunt, comprehenduntur. Harum verò duplex rurſus eſt differentia. Quædam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

enim neceſſariò, quædam non neceſſariò corpus noſtrum alterant. Quæ neceſſario alterant ſex generibus diſtinguit Galenus, in vltima parte artis Medicinalis.

I. Quorum primum eſt aër.

II Motus, vel contrarium eius quies.

III. Somnus, vel contrarium eius vigilia.

IV. Cibus & potus.

V. Corporis inanitio & repletio.

VI. Animi affectus ſeu Paſsiones.

I. Aëris vſus aſsiduus eſt, nam & foris corpori inſeparabiliter adhæret, & intro inſpiratione & arteriarum pulſu perpetuò attrahitur, ſubſtantia ſua ſpiritus omnes aſsiduè nutrit & fouet. Qualitatibus verò ſuis manifeſtis & occultis, tum ſpiritus ipſos, tum corpus vniuerſum non mediocriter alterat. Vide Hippocratis librum de aëre & locis. Paulum Æginetam lib. *1.* cap. 49. & Galenum libro hoc primo cap. *16.*

II. Cibus & potus ex eorum ſunt genere, quæ intrò aſſumuntur, & quanquàm eò deſtinata ſunt, vt ſubſtantia ſua corporis ſubſtantiam nutriant: tamen priuſquàm verè nutrimentum fiant, interdum etiam poſtquàm in corporis ſubſtantiam verſa ſunt, ſuis qualitatibus corpus immutant. Oſtendit id Galenus lib. 3. de ſymptomatum cau-

ſis, vbi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſis, vbi agit de nutricationis ſymptomatis, item libris tribus de alimentis.

III. Animi affectus, vt ira, timor, gaudium, mœſtitia, dolor, animi remiſsio, ſtudium ſeu animi intentio, quantum in alterando corpore momenti habeant calore natiuo tum diffundendo, tum ad cor reuocando & contrahendo, ſatis declarat Galenus lib. 2. de ſymptomat. cauſis, in fine cap. 5.

IV. Motus & quies, item euacuatio & repletio, ſub qua temperantiam & venerem etiam compræhendunt, ad corporis affectus pertinent, qui quid efficiant, & in mutando & alterando corpore valeant, infra ſecundo & tertio libro explicabit.

V. Somnus & vigilia, affectus ſunt animi & corporis communes. Vigilia eſt ſenſuum incitatio & motio, ſomnus eorundem ceſſatio. Horum effectus explicat Galenus tum infra in hoc opere, tum lib. 1. de Symptomatum cauſis, cap. 8. De his omnibus diligenter ſcripſit Paulus Ægineta, lib. 1. & Aëtius in principio operis ſui, & hoc tempore Antonius Niger medicus Brunſuicenſis.

Vulgus Medicorum hæc ſex genera appellat res non naturales, non quod naturæ aduerſentur, ſed quia de corpo-

ris eſſentia non ſint, & mediam quandam naturam habeant. Oportunè enim & iuſta tum quantitate tum qualitate adhibita, ſanitatem conſeruant. Quare etiam cauſas ſalubres & conſeruatrices appellat. Si verò non rectè accommodentur, valetudinem lædunt & corrumpunt In harum itaq; rerum moderatione vniuerſa ars ſanitatis tuendæ verſatur.

Quæ non neceſſariò corpus noſtrum afficiunt, ſunt ea omnia, quæ extrinſecus incidentia, contundunt, pungunt, collidunt, vulnerant, & ſimilia, quæ quia omnibus nota ſunt, & communi prouidentia caueri poſſunt, ſingularem artem nullam requirunt.

CAPVT IV. V. VI. VII. VIII. IX.

Loci II.

I. *Quæ ſit latitudo ſanitatis cuiusq;, & quibus terminis ſit circumſcribenda.*

II. *Quæ ſint optimæ conſtitutionis, quatenus ſenſu deprehendi poteſt, ſigna.*

De primo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

SAnitas omnis eſt Phyſica quædam συμ-μετρία. At συμμετρία hæc duplex eſt, vna exacta, optima & abſoluta: altera ab illa deficiens, & infra optimam ſubſiſtens. Quare duplex etiam ſanitas ſtatuenda eſt, vna optima: altera non optima ſeu media. Vtraque non exiguam habet latitudinem, quod Galenus quinto capite probat aliquot argumentis, quæ ita ſyllogiſmis includi poſſunt.

I. Qualitatis proprium eſt ſuſcipere magis & minus.

Omnis ſanitas eſt qualitas.

Sanum igitur magis minuſue aliquid recte dicemus.

II. Sanitas conſiſtit in Temperamento.

Temperamentum mutatur ſecundum ætates & conſuetudinem, id eſt, ſecundum vſum dictarum cauſarum ſalubrium.

Igitur & ſanitas mutatur, & per conſequens non manet eadem, habetq; magnam latitudinem.

III. Actiones reſpondent corporis conſtitutionibus.

Sanorum actiones ſunt aliæ alijs præſtantiores.

Igitur & ſanorum conſtitutiones & ſanitates inter ſe differunt, & habent latitudines.

Sex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sexto capite argumentatur Galenus ab abſurdo, hoc modo.

Fruſtra diſputamus de eo quod nuſquã eſt, aut ſi eſt, vix tẽporis momento ſubſiſtit.

Huiuſmodi eſt ſanitas illa exacta, quę latitudinem nullam habet.

Hanc igitur ſolam ſi tueri nobis propoſitum eſſet, ridiculi judicaremur.

Sanitas & morbus genere conueniunt. Sunt enim ambo affectus. Diſtinguuntur autem his differentijs, quod ſanitas ſit affectus ſecundum naturam, immediata cauſa bonarum actionum: morbus verò affectus contra naturam, immediata cauſa malarum actionum. Sanitas & morbus non ſunt actiones. Diſsident enim inter ſe toto prædicamento. Sed actiones ſanitatem & morbũ comitantur, ſuntq́; præcipuæ ſanitatis & morbi notæ. Porrò integritatem & imbecillitatẽ actionum pro cuiusq́; natura æſtimamus, & ſenſu non cogitatione de ijs judicamus. Etſi enim corpora noſtra ab ingenitis cauſis perpetuò mutationem aliquam perpetiantur, & ad interitũ tendant, non prius tamen ægrotare ea dicimus, quam ſenſibiliter eorum actiones lædantur. Sanitatem expetunt omnes, vt dolore careant, & vitæ actiones rectè obeant. At dolor non eſt quĩ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

non ſentitur. Nec morbus dicendus eſt, qui
actiones quidem lædit, ſed ita obſcurè, vt
ſenſu id non deprehendatur. Porrò pueris
imbecilles ſunt animales actiones. Senibus
tam naturales quam animales actiones lan-
guent, neutri tamen ægrotare dicuntur.
Humidum enim puerorum temperamen-
tum, & imperfecta organorum diſpoſitio,
imbecillium actionum cauſa ipſis eſt ſecun-
dum naturam. Quemadmodum etiam ſe-
nibus ſecundum naturam eſt frigida & ſic-
ca intemperies, quæ omnes actiones ipſis
ſegniores reddit. Decoloratio, rugoſitas,
& ſimiles qualitates in ægrotantibus, affe-
ctus ſunt præter naturam: tamen quia acti-
onibus non incommodant, morbi non ſunt,
ſed morborum Symptomata. Sic bonus co-
lor, nitor faciei, &c. etſi in ſanis affectus eſt
ſecundum naturam: quia tamen ad actiones
non ſe habet, vt cauſa ad effectum, ſanitas
non eſt, ſed ſanitatis accidens. Ex his iam
patet quæ ſit ſanitatis latitudo, & quibus
terminis contineatur. Affectus omnes præ-
ter naturā, qui actionibus immediatè incō-
modāt, ſenſibiliter morbi ſunt. Affectus ve-
rò ſecundū naturā magis minuſúe actionib.
cōmodantes, ita vt nulla ſenſibilis lęſio ap-
pareat, in ſanitatis latitudine continentur.

Gale-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Galenus ſtatim initiò artis Medicinalis admodum ſubtiliter vniuerſam ſanitatis latitudinem in tres claſſes diſtribuit, quarum vna eſt corporum ſanorum: altera morboſorum: tertia, quæ inter modò dictas media eſt, neutrorum. Porrò neutrum corpus rurſus tribus modis accipitur. Primò pro eo, quod neutrius particeps eſt, quod inter ſanum & morboſum exactè eſt medium. Secundò quod vtriuſq; particeps eſt, id eſt, quod partes quaſdam habet ſanas, quaſdã verò morboſas: vel quod in ijſdem partibus temperamentum habet bonum, compoſitionem verò ineptam: vel contra, bonam compoſitionem, & temperaturam habet malam: vel quod in vna qualitatum oppoſitione, vt calido & frigido, temperatum eſt, in altera oppoſitione, humido videlicet & ſicco, intemperatum. Tertiò neutrum accipitur pro eo, quod pro ætatibus, anni temporibus, conſtitutionibus, locis, viciſſitudine quadam modò ſanum eſt, modò morboſum.

Ad hunc modum explicata Neutri ſignificatione quinq; exiſtunt iam claſſes, in quas ſanitatis latitudo diuiditur. I. Sanorum. II. Neutrorum primæ ſignificationis. III. Neutrorum ſecundæ ſignificationis.

IV. Neu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

IV.Neutrorum tertiæ ſignificationis. V.& vltimo Morboſorum.

Hæc autem ſingula dupliciter adhuc dicuntur,nimirum talia ſimpliciter,vel talia vt nunc. Et quæ ſimpliciter talia ſunt,rurſus duobus modis accipiuntur : Talia ſimpliciter vt ſemper, vel talia ſimpliciter vt plurimum.

Cùm igitur quinq; ſint corporum genera, quorum vnumquodq; dicitur tripliciter, ſcilicet ſimpliciter vt ſemper, ſimpliciter vt plurimum, & ſimpliciter vt nunc, conſtat in vniuerſum quinque eſſe gradus ſeu ordines, ab optima & perfectiſsima ſanitate vſq; ad morbum. Sanum ſimpliciter vt ſemper corpus eſt, quod à prima generatione omni ex parte perfectiſsima ſanitate præditum eſt, in ſimilaribus optimè temperatum, in organicis aptiſsimè compoſitum,quodq; per omnes ætates tale eſſe perſeuerat, & quanquàm aliquando ægrotat, ita tamen natum eſt, vt in perpetua ſanitate degere poſsit. Hæc autem conſtitutio quia optima eſt & perfectiſsima, nullam aut exiguam habet latitudinem.

Sanum ſimpliciter vt plurimum, ſeu magna ex parte, tale etiam eſt à prima generatione,& durat per omnem ætatem. Ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

optima autem conſtitutione ad Neutrum recedit, & huius manifeſtam latitudinem.

Sanum vt nunc ſeu in præſentia, ἐν τῷ παρόντι corpus, dicitur, quod nunc (qua voce tempus ſatis longum intelligimus) pro ſua natura ſanum eſt, vt in ea conſtitutione, quæ eſt inter optimam & neutram, quamcunq; à prima generatione conſtitutionem nactum ſit, ſiue ſanam, ſiue neutram, ſiue morboſam.

Porrò Neutrum, ſiue primæ, ſiue ſecundæ, ſiue tertiæ ſignificationis, vnumquodq; tribus modis etiam accipitur, diciturq; neutrum ſimpliciter vt ſemper, quod tale eſt à prima generatione, & perpetuò per omnes ætates perſeuerat.

Neutrum ſimpliciter vt plurimum, quod à prima generatione, & per vniuerſam ætatem ſuperiori ſimile eſt, niſi quod magis ad alterum extremorum declinet.

Neutrum vt nunc, quod in præſentia tale eſt qualemcunq; à prima generatione naturam ſit ſortitum. Huiuſmodi triplici diuiſione in ſingulis generibus neutrorum facta, nouem exiſtunt neutrorum ordines.

Morboſum, alterum extremum eſt in latitudine ſanitatis, & totidem modis quot ſuperiora vſurpatur.

Mor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Morboſum ſimpliciter vt ſemper, eſt id, quod à prima generatione eam partium conſtitutionē eſt adeptū, vt actiones omninò imperfectas edat, quodq́; ita natum eſt, vt hunc ſtatum facilè per omnē ætatem ſeruet.

Morboſum ſimpliciter vt plurimum, in tantum differt à ſuperiori, quod verſus neutrum declinet.

Morboſum vt nunc, eo quo tale dicitur, morboſum eſt, etiamſi ab initiò ſimpliciter ſanum aut neutrum fuerit.

De II. Loco.

Quæ ſint optimæ conſtitutionis ſigna ſecundum ſenſum.

CVm plures ſint ſanitatis ſpecies, monuimus initiò, Galenum in hoc opere primū ſibi proponere corpus optimè temperatum ac ſanum, & vitæ conditione liberum. Deindè etiam ijs conſulere, quorum ſanitas eſt vitioſa, & vitæ genus ſeruile. Cùm itaque in primis quinque libris pro ſubiecto habeat corpus ſanum optimeq́; temperatum, quod nequaquàm intelligendum de illo exactè ſano, quod velut in puncto conſiſtit, & latitudinem nullam habet, quod cogitatione magis quam ſenſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

deprehendimus, & in arte Medicinali ſanum ſimpliciter vt ſemper appellari diximus: Sed de eo temperato ac ſano tota diſputatio eſt, quod ſenſibilē habet latitudinem, quodq́; ſanum ſimpliciter vt plurimum, ſeu magna ex parte, in arte Medicinali appellatur. εὔκρατον enim dicitur, quicquid ſenſibus tale apparet, ſicut in Muſico concentu εὔρυθμον, quod ita ex ſonis temperatum eſt, vt aures diſſonantiam nullam deprehendant. Huius verò optimæ ſanitatis quatenus ſenſu deprehendi poteſt, ſigna tradit Galenus cap. *9.* huius libri, item lib. *1.* artis Medicinalis parte prima, & lib. *2.* de temperamentis. Sed priuſquàm ea hîc commemoremus, pręſtat vt prius locos indicemus, ex quibus cuiuſuis conſtitutionis ſigna ſumi ſolent.

In quacunq; igitur conſtitutione exploranda, primum partium compoſitionem ſpectamus, magnitudinem, numerum, figuram, ſitum, quæ ſi probè fuerint commoderata, adiuncta ſtatim eſt pulchritudo quædam, non aliter quam malam compoſitionem deformitas mox comitari ſolet.

Secundo loco, partium temperamentum ſpectamus, ac primum eſſentiam ipſius tactu exploramus. Deindè reliqua, quæ tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

temperamentum ſequi ſolent, ordine inueſtigamus. Quare non incommode in vniuerſum ſeptem genera conſtitui poſſunt, ex quibus tam vniuerſale quam particulare temperamentum cognoſcitur.

I. Qualitates tactiles.
II. Habitus.
III. Vaſorum conſtitutio.
IV. Color.
V. Pili.
VI. Actiones.
VII. Affectiones à cauſis externis alterantibus.

I. Qualitates temperamentum conſtituentes propriè ſeſe produnt in cute. In eam enim ex vniuerſo corpore varij ſpiritus & vapores perferuntur, qui cùm inter ſe commiſcentur, ex multis particularibus vnum vniuerſale temperamentum conſtituunt. Verum caliditas & frigiditas tactu per ſe percipiuntur. Humiditas & ſiccitas per ſecundas qualitates, mollitiem & duritiem, item per ſuauitatem & mordacitatem calori adiunctam, magis innoteſcunt. Autor eſt Galenus lib. 2. de temperamentis.

II. Secundum eſt corporis habitus. Corpulentia calidum & humidum: gracilitas ſiccum temperamentum oſtendit. Pingue-

do ex frigidiore temperamento ortum habet: Macies ex calido & ſicco. Vide artem Medicinalē, & lib.2. de temperament.

III. Amplitudo vaſorum inſitæ caliditatis, quæ ea in prima generatione diſtendit: Anguſtia frigiditatis eſt indicium.

IIII. Color cutis, præcipuè eius quæ faciem tegit (hæc enim reliqua mollior eſt ac tenuior) propriè repræſentat humoris ſpeciem, qua & ipſa & reliquæ partes nutriuntur. Nutrita autem ferè nutriēnti temperamento reſpondent.

V. Pilis abundant maximè, qui calidi ſunt & ſicci: Deindè qui ſicci tantum, vel calidi tantum: Poſteà qui frigidi & ſicci. Maximè glabri ſunt, qui frigidi ſunt & humidi. Vide Galenum lib. 2. de temperamentis.

VI. Sextum genus quia latius patet, diuidendum eſt in naturales, vitales & animales actiones. Quarum ſingulæ primò ac præcipuè propriorum organorum, deindè totius corporis temperamentum declarant.

Naturales actiones ſunt omnes, quæ nutritioni ſubſeruiunt, vt triplices illæ alimenti concoctiones: Vna quæ in ventriculo fit, χύλωσις dicta. Altera quæ in epate & venis fit, αἱμάτωσις, id eſt, ſanguificatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Tertia quæ in ſingulis particulis perficitur, ὁμοίωσις, id eſt, aſsimilatio dicta. Er quæ harum ſunt adminiſtræ, Attractio, Reten-tio, Alteratio & Expulſio. Ad attrahen-dum, retinendum, expellendum, imbecil-liores ſunt humidæ naturæ, magis autem valent ſiccæ. Vide Galenum lib.*3.* de Sym-pto. cauſis, cap. *10.*

Referuntur etiam ad hoc genus excre-menta. Teſtantur enim de concoctione & temperamento, earum præcipuè partium, à quibus ſecernuntur. Sic alui excremen-ta viſcerum primæ regionis, vt ventriculi, inteſtinorum, venarum meſaraicarum, concaui epatis, Lienis, concoctiones & temperamenta produnt: Vrinæ, epatis & venarum: Sputa, pectoris & pulmonum: Narium mucus & ſaliua, item aurium ſor-des, cerebri. Sudores, & quæcunq; per cu-tem erumpunt, partium quę in habitu ſunt, concoctiones declarant.

Ad vitales actiones pertinent cordis & arteriarum pulſus, item animi affectus & perturbationes. Calidū cordis temperamen-tum arguunt pulſus veloces & frequentes, audacia, & ad omnes actiones promptitu-do. Frigidū, pulſus parui, timiditas natura

ad actiones ſegnis. Humidum cor, pulſus molles, iraſci & placari facilè. Siccum temperamentum cordis, pulſus durus, ira non prompta ſed ſedatu difficilis.

Animalium actionum genus, comprehendit ſenſum, motum voluntarium, & actiones principes ſeu actiones ingenij. Ad ſenſum referuntur etiam ſomnus & vigiliæ. Perficitur autem ſenſus per neruos & muſculos. Neruorum principium & origo eſt cerebrum. Principes actiones, vt cogitatio, judicium & memoria immediatè à cerebro proficiſcuntur, ſine vlla neruorum aut aliarum partium ope. Hæ igitur actiones omnes cerebri temperamentum oſtendunt.

Calidioris cerebri notæ ſunt, ſenſuum, motuum, & ingenij celeritas, opinionum mobilitas, ſomni breues & parum profundi. Frigidi contrariæ ſunt notæ, ſenſuum, motuum & ingenij tarditas, opinionum ſtabilitas, ſomni longi & profundi.

Si calidum ſimul & ſiccum cerebrum fuerit, ſenſus acriores & perſpicaciores etiam erunt, & motus perfectiores, ingenij vis in memorando maior quàm diſcendo, vigiliæ maiores quàm in vllo alio temperamento.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sic ſi ad frigidum humidum acceſſerit, motuum maior erit tarditas, & ſomni longiores & profundiores. Humiditas, enim per ſe ſenſus turbulentos, graues & obtuſos reddit, motus tardos, ſomnos multos & profundos, ingenium ad diſcendum ſatis facilè, ſed obliuioſum. Siccitas contraria continet.

VII. Septimum genus, à quo temperamenti ſigna ſumuntur, erant affectiones à cauſis alterantibus, in quo genere tenere oportet hanc regulam. Corpora & partes quaſcunq; à ſimilibus ſuæ intemperaturæ cauſis promptè offendi, iuuari autem modico contrariorum vſu. Et quo maior eſt intemperaturæ exceſſus, eò etiam ſigna, quæ ex hoc loco ſumuntur, ſunt validiora. Ventriculus, epar, cor, cerebrum, ſi frigida fuerint, à cibo, potu, aëre, reliquisq; cauſis frigidis facilè offenduntur: Sin calida, à calidis. Iuuantur autem, ſi contraria moderatè adhibeantur.

Hactenus ſummatim genera illa perſtrinximus, ex quibus de natiuo temperamento artificioſa coniectura fieri ſolet. Firmior autem eò coniectura erit, quò plura ſigna conſenſerint.

Porrò natiuum temperamentum mu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tatur ætate & conſuetudine. Conſideranda igitur etiam ſunt, præſens ætas, & præterita conſuetudo. De ætatibus dictum eſt antè ac demonſtratum, cuiusq; ætatis peculiare quoddam eſſe temperamentum. Conſuetudinem appellamus vſum ſex rerum non naturalium, aëris, motus, quietis, ſomni, vigiliæ, cibi, potus. Hæc enim temperamentum natiuum etiam mutant, etſi ægrè & non niſi longo tempore vſurpata. Quare ad ſtabiliendam coniecturam videndum eſt, an cum prioribus ſignis ætas & conſuetudo conſentiant.

Oſtenſis ad hunc modum locis, ex quibus ſigna temperamenti petuntur, reliquū eſt vt ex iiſdem, eius, qui ab initiò propoſitus erat, temperati hominis, notas colligamus, & poſteà ad hunc temperatum hominem, tanquàm ad normam, reliquos intemperatos examinemus. Temperatum igitur hominem iudicabimus, qui in dictis modo generibus mediocritatem ſeruabit.

I. Is quantum ad tactiles qualitates attinet, nec calidus nec frigidus exceſsiue, nec durus nec mollis apparebit, ſed æquabili quodam tepore & concremento temperatus.

II. Habitu nec craſſus erit nec gracilis, nec pin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

nec pinguis nec macilentus, ſed εὔσαρκος, mediocriter carnoſus, bona carne præditus, quadratus.

III. Venas nec amplas habebit nec anguſtas, ſed mediocres.

IIII. Calore nec niger erit, nec albus, nec rufus, nec pallidus, ſed εὔχροος, id eſt, coloratus, qui color ex albo & rubro commixtus eſt, vt apparet in ijs, qui è balneis egrediuntur, maximè ſi natura ſint albi.

V. In pilis quoq; mediocritatem ſeruabit, neque hirtus, neque glaber, ſed medius.

VI. Quod ad actiones naturales attinet, appetentia erit mediocris, concoctiones omnes laudabiles, id quod ſingularum excrementa indicabunt, quantitate & qualitate moderata, & quæ modò diximus, habitus & coloris bonitas.

Si vitales actiones conſideres, pulſus erunt nec magni nec parui, nec celeres nec tardi, nec frequentes nec rari, nec molles nec duri, ſed mediocres.

Animales quoq; actiones moderatæ erunt, ſenſus & motus integri atq; perfecti, ſomnus nec nimius nec diminutus. Animus nec audax erit nec timidus, nec præceps nec cunctabundus, nec iracundus nec ignauus,

ſed for-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſed fortis, moderatus, humanus. Ingenij actiones integræ & inculpatæ.

Poſtremò, quod ad externas cauſas attinet, à nullo genere inſigniter lædetur, Sed omnibus cauſis calidis, frigidis, humidis, &c. & à quibus lædi poſsit, æque reſiſtet, & ſanitate fruetur maximè diuturna.

CAPVT X.

IN X. CAP. DVO hæc tractantur.

I. *De officio nutricis in denſanda cute, & de ligando infante.*
II. *De vniuerſo victus genere, quo deinceps educandus eſt infans.*

De Primo.

HActenus hypotheſes explicauimus, quæ ad præſentem tractationem de ſanitate tuenda erant neceſſariæ. Nunc quod ab initiò propoſitum erat, & titulus operis pollicetur, Galenus aggreditur docetque, quomodo per omnes ætates ſeruanda ſit ſanitas, ſumpto initiò à puero recens nato ac temperato.

Perfe-

Perfectus in vtero fœtus editur tandem in fine noni, vel principio decimi menſis, facultate quadam naturali. Valdè autem adhuc humidus eſt, & ſimilis, vt Galenus inquit, maris algæ. Nam quæ ſiccisſima in ipſo ſunt, vt oſſa, cartilagines, & ſimilia, quaſi cerea adhuc apparent, ita vt à nutricibus formari adhuc & diſtorqueri poſsint. Naturale autem totius corporis tegmé, cutis, mollis admodum eſt, & quia iam durioribus corporibus occurſura eſt, primum conſilium Galeni eſt, vt ſtatim nonnihil denſetur, atq; ita ad indolentiam tolerantiamq; apta reddatur. Denſatur autem ſalis leuiter contriti conſperſione, aut inunctione ex butyro ſalito, vel haleoleo, id eſt, oleo ſale permixto. Verum hæc ab initiò parce adminiſtranda ſunt, poſt primam lauationem, qua ſoroes abluuntur. Sal, vt autor eſt Galenus lib. 2. ſimplic. ſiccandî facultatem habet & aſtringendi. Nutrices quæ ſtatim puerorum corpora furfuribus aut ſapone polire ſtudent, magis ipſis incommodant. Furfures enim & ſapo abſtergendi immodicè & rarefaciendi, non denſandi facultatem habent. Porrò à fortiter denſantibus, cuiuſmodi eſt puluis foliorum Myrti, roſarum, glandis quernæ,

gallę,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

gallæ, abſtinendum eſt, niſi morboſa quædam & humida intemperies ſubſit, quæ curationem deſideret. Cute autem mediocriter denſata, proximum eſt vt infans rectè faſcijs inuoluatur. Faſciarum autem is ſcopus ſit, vt proba membrorum conformatio ſeruetur, & ſi quid in ijs diſtortum aut malè figuratum eſt, deligatura, quantum fieri poteſt, maturè corrigatur.

De II. Loco.

QVod ad victus rationem attinet, præſcribit ipſam nobis pueri natura, quæ cum humida ſit, ſimilem victus rationem, nempè humidam, ad ſui conſeruationem requirit. Omnium enim eorum, quæ corpori adminiſtrantur, indicatio ſumitur vel ab eo, quod ſecundum naturam eſt, vel ab eo quod eſt præter naturam. Quod ſecundum naturam eſt, ſeruari, quod præter naturam, tolli debet. Conſeruatur autem vnumquodq; ſimilibus, deſtruitur autem ac tollitur contrarijs. Modum verò contrariorum ipſa natura etiam præſcribit.

Breui exemplo expreſsit hoc Hippocrates, Aphr. *16.* lib. *1.* cùm inquit: Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxi-

maximè pueris, & ijs qui tali victu vti conſueuerunt. Duo hic proponuntur, quæ indicationem victus præbent, Febris, morbus calidus & ſiccus, & temperamentum humidum, idq́; vel natiuum, vel conſuetudine acquiſitum. Febris, vtpote morbus, contrarium, temperamentum, vtpote naturale quiddam, ſimilem victum requirit. Ex vtroq; igitur indicatio humidi victus ſuggeritur. Ex quo conſtat, pueros & eos qui humido victu vti conſueuerunt, ſi in febrim incidant, magis quam alios minus humidos humectandos eſſe. Rurſus ſi morbus inciderit, qui exſiccationem requirat, cuiuſmodi ſunt vlcera omnia, exceptis contuſis, exſiccationis modum ipſa quoq; temperamenti ratio indicabit: Humida ſcilicet corpora minus, ſicca verò magis exſiccari debere. Copioſius hæc à Galeno demonſtrantur, in libro Methodi 3. & ſequentibus libris.

Porrò in victu humectante duo ſunt, quæ puero maximè conueniunt ad temperamenti ipſius conſeruationem, quemadmodum & tabidis, ad ſicci temperamenti correctionem, balneum ſcilicet, & vſus boni lactis.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

De Balneis.

BAlneorum duo ſunt genera: Vnum naturale, alterum arte confectum.

Naturalia balnea ſunt quæ ſpontè ſua ex ſubterraneis locis ſcaturiunt, & thermæ propriè dicuntur. Horum quædam ſulphuris, nitri, ſalis, aluminis, ferri, æris, vel alterius metalli naturam referunt. Aquæ enim puræ non ſunt, ſed metallorum, per quæ diſtillant, ſubſtantiæ aliquid abſtergunt, ſecumq; trahunt: Vndè omnes exſiccandi vim habent, quædam etiam digerendi, aliæ condenſandi. Sed quia omnes ſiccant, pueris minimè conueniunt. De his vide Galenum lib. *1.* ſimplicium capite *4*.

Balneum arte confectum, ſeu balneum aquæ dulcis, præparatur ex aqua communi ſeu ſimplici, pura ſeu potabili, mediocriter calefacta. Hoc balneum quomodocunq; præparetur, ſemper humectat. At ſi media temperie ſit calidum, hoc eſt, temperatum, ita vt corpori quàm blandiſsimè occurrat, præterquàm quod humectat, etiam mediocriter calefacit. Si paulò tepidius fuerit, latenter corpori frigoris nonnihil inſinuat. Si ſupra temperatum feruentius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tius fuerit, calefacit quidem, ſed tenues corporis meatus ſeu poros cogit ac denſat, ac proindè non ita valdè humectat. Vide Galenum infra lib. 3. cap. 5. & lib. 5. ſimplicium cap. 8.

Balneum quod puero adhibebitur, optimum erit, ſi media temperie calidum fuerit.

De Lacte.

LAc quatenus alimentum eſt, boni ſucci eſt. Sanguinem enim generat temperatum, & facilimè concoquitur. Generatio eius eſt ex ſanguine, qui cum ad mammas attractus eſt, glanduloſæ ipſarum ſubſtantiæ contactu albeſcit, & in lac demutatur. Lac infanti maximè familiare alimentum eſſe, oſtendit promptitudo & facultas illa ſugendi lac, pueris omnibus innata, item quod in quouis dolore infantes facilimè placantur, inſerta in os papilla. Porrò materno lacte nullum aliud infanti familiarius eſt, aut magis proprium. Præparatur enim in matris mammis, ſingulari quadam naturæ prouidentia, ex eo ipſo ſanguine, quo fœtus paulò antè, cum in vtero contineretur, nutriri conſueuerat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quod ad ſumptionis modum attinet, vtiliſsimum cenſetur lac, quod ex mammis ipſis hauritur. Secundo loco, quod poſteaquàm mulctum eſt, quàm minimo tempore in aëre moratur. Nam ſi paulo diutius extra propriâ vaſa ſeruetur, alterari facilè & corrumpi contingit. Sed plura de lacte vide infra cap. 13. & lib. 7. Methodi. Item Aphoriſ. 37. & 38. lib. 5. Incommoda lactis vide in Aphoriſ. Lac dare caput dolentibus, Hæc de lacte dicta ſint.

CAPVT XI. & XII.

LOCI II.

I. *De Corporis motibus, quibus exercendi ſunt pueri.*

II. *De Animi motibus, quomodo in pueris ſint moderandi.*

De Primo.

TRia nutricum experientia deprehenſa ſunt, quæ infantibus dolorem omnem lenire, & ſomnum etiam conciliare ſolent. Lactis ex vbere ſuctio, de qua modo egimus: motus mediocris: & Vocis modu-

modulatio. Ex quo apparet, exercitationis & Muſicæ ſtudium, perindè vt alimenti appetentiam, pueris eſſe à natura tributum, quique hæc duo optimè regit, is cum corpus tum animum pueri optimè formabit.

Motus tria ſunt prima genera. Mouentur enim corpora, vel ab alijs, vel à ſeipſis, vel à medicamentis. Ab alijs, dum quocunque modo geſtantur aut vehuntur. A ſeipſis, dum ambulatione, curſu, pila, paleſtra aut opere aliquo exercentur.

A medicamentis, dum à vehementiori, pharmaco agitantur. Verum poſtremum hoc motus genus ad ægros propriè pertinet. Reliqua duo ſanis congruunt, ſuntque omnino ſecundum naturam. Nam pueri non ex intelligentia, aut aliquo inſtigante, ſed ex ſeipſis hunc impetum habent, vt primum à nutricibus moueri deſiderent, deindè cùm iam grandiores facti, ſeipſos mouendi robur collegerunt, quantumuis coërceantur, teneri non poſſunt, quin diſcurrant & vitulorum more laſciuiant.

Sunt autem in motibus animaduertendi gradus, vt oportunè & pro ætatis robore accõmodentur. Primis annis nutricũ vlnis ge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſtādi, vel cunis & lectis penſilibus, qui gr bata dicuntur, agitandi ſunt. Vbi quartu annum exceſſerunt ad valentiores mot traduci poſſunt, vt nauigationem in flum ne, vectionem in curru. Poſt ſeptimu annum etiam equitare diſcent. Vt ve proprio motu ſtent, incedant, ambulent m ture aſſuefaciendi ſunt, ſed non nimis pr pere cogendi. Id enim crura diſtorqu & aliorum quorundam membrorum fig ram viciat.

De ſecundo Loco.

MVtuas quaſdam eſſe tum corpor tum animorum in corpora actiones paſsiones, demonſtrat Galenus in opere, c titulus eſt: Quod animi mores corpo temperaturam ſequantur, & lib. 2 de ſy ptomat. cauſis, & in hoc præſenti capite.

Animi mores ſequuntur ſenſuum a prehenſiones, vel mentis judicium. Sunt appetitiones quædam, ſeu affectus ſeque di aut fugiendi id, quod ſenſibus jucundu aut iniucundum apparet, aut quod mens i pſa ſeu ratio ſequendum aut fugiendum ju dicat.

Ex rationali animæ parte proficiſcun-

tur cu-

tur curæ & ſtudia rerum honeſtarum & vtilium. Ex ſenſibili libidines, amores, cupidines, ira, odium, miſericordia, inuidia, lætitia, triſtitia, ſpes, metus. Horum verò quædam mediante contactu, ex præſenti dolore aut voluptate naſcuntur. Quædam ſine contactu nudam apprehenſionem ſeu cogitationem comitantur. Dum enim obiecta quæ ſenſibus vel cogitatione ſola apprehendimus, proſequimur aut fugimus, ſpiritus qui in apprehenſione mouentur, ſimul etiam feriunt cor, & prædictos motus ſeu perturbationes ſuſcitant. Porrò cùm ſpiritibus ſimul etiam ſanguis & calor natiuus, qui præcipuus autor eſt omnium concoctionum & actionum naturalium, ſimnl mouentur, atq; vt ſunt affectus, modò extra feruntur ac diſsipantur, modo ad cor tanquam ad ſcaturiginem ſuam trahuntur.

Omnes animi motus vehementiores, cuiuſmodi ſunt ira, ſolicitudo, dolor, triſtitia, cura immodica, quibus etiam accedere ſolent vigiliæ, calorem natiuum propter immodicum motum accendunt, febres excitant, & bilioſis ſuccis corpora implent. Rurſus animus deſes ac remiſſus, lentus, omni cura ac ſolicitudine ſolutus, calorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

natiuũ extinguunt. Hinc frigidi ac pituitoſi ſucci generantur, corpus diſcoloratum, viſcerum obſtructiones, catharri, epilepſia & apoplexia oriuntur.

Medici autem officium eſt, animi mores formare, non vt animus valeat, quod Philoſopho propoſitum eſt, ſed vt corpus integra ſanitate fruatur, & calor intra mediocritatis fines conſeruetur. Galenus multos corporis morbos ſanaſſe ſe affirmat, ſolis animi motibus ad mediocritatem reductis. Eraſiſtratus tantum deprehenſo animi morbo, Antiochum Seleuci filium ſanauit, & acceptis *100.* talentis Atticis domũ rediit. Vide Plutarch. in vita Demetrij. Æſculapius ipſe, vt mœrorẽ ac triſtitiã gaudio aliquo tẽperaret, ridicularũ rerũ mimos, cantilenas, melodias inſtituebat. Idẽ vt ſegnia & ignaua corpora excitaret, equitationẽ, venationẽ, palęſtrã, leuẽ & grauẽ armatura, currũ adferebat.

Cùm àutẽ curis & mœrorib. & reliquis affectib. omnibus, excepta moderata lętitia, corpora ſiccari contingat, & non pauciores homines triſtitia quã crapula extinguãtur, nequaquàm negligenda ſunt honeſta animorum laxamenta, cuiuſmodi in primis eſt Muſica, familiares & ſuaues cũ amicis confabulationes, honeſtæ & liberales conuiuationes, vini vſus moderatus, quo animi ex-

hilarẽtur, &ad ſuſtinẽdas ac ſuſcipiẽdas nouas curas integriores alacrioresq; reddãtur.

Studioſi vt corporis valetudinem & ingenij vires conſeruent, prouidebunt vt vni rei ſtudeant, alijs omnibus curis vacui: Prętereà vt ab omni magna animi contentione poſt cibum abſtineant. Per intempeſtiua enim ſtudia, viſcera ſpiritibus & calore natiuo orbantur, & caput immodicis vaporibus repletur. Spinoſæ etiam & contentioſæ artes ingenia & corpora corrumpunt.

Ira, quę plerunq; vehemẽtiſsimas febres accendit, & humore caloreq; ad cerebrum attracto epilepſias, apoplexias, & alios graues morbos excitat, omnibus hominib. vitãda eſt quã maximè. Eius remedia à Theologis & Philoſophis petenda ſunt. Qui nũc nobis propoſitus eſt temperatus puer, is animi motus habet moderatos, neq; iracundus eſt, neq; lentus, neq; nimis acutè dolorem ſentit, neq; nimis obtusè. Hunc vt talẽ conſeruemus, danda opera eſt, nè vehemẽtibus animi motibus concutiatur. Infeſtari autẽ maximè pueri ſolent terrorib. & corporis dolorib. Horũ itaq; cauſæ auferendæ ſunt.

Terror eſt timor ſubitò ingruens, obiecta re aliqua formidabili, quo multos etiã adultos examinatos concidiſſe cõſtat, exſtincta & ſuffo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſuffocata, vt Galenus inquit, imbecilla animula. Dolorem ſuum produnt pueri ploratu, & motu corporis incompoſito. Sunt autem doloris cauſæ plurimæ, quas nutrices maturè conijcere & remouere oportet. Dolent enim pueri, præterquàm cum dentiunt & ægrotant, facilè ex quacunq; occaſione, cum alimentum diutius differtur, cum alui aut veſicæ onere premuntur, cum pannis inuoluti ſunt ſordidioribus, cum frigore immodico vel calore moleſtantur, cum arctius conſtringuntur, cum inſtratorũ multitudine ita grauantur, vt artus mouere nequeant.

CAPVT XIII.

LOCI IIII.

I. *Quæ victus ratio nutrici conueniat.*

II. *Quibus notis nutricis lac probetur.*

III. *Quomodo ablactandus ſit infans, & quo cibo primum ſit nutriendus.*

IIII. *De tempore idoneo, quo fricandus & lauandus eſt infans.*

De Primo.

Cum

CVM infantis præcipuum alimentum ſit nutricis lac, idq́; ex ſanguine, exigua facta in mammis mutatione, vt anteà dictum eſt, generetur, conſtat optimum lac ex optimo ſanguine generari, & vtrumq; ab iiſdem cauſis viciari.

Deligenda igitur nutrix eſt optimo ſucco prædita, eiusq́; non minor quam infantis habenda eſt cura, vt cibo ac potu, ſomno, exercitatione moderatè vtatur, excrementa nimia nè colligat, nec animi pathematis infeſtetur, venere omninò abſtineat. Ea enim menſes prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Si verò judicatur concepiſſe, remouenda eſt. Prægnantis enim lac deterius eſt, ac tanto minus copioſum, quantum de eo ad alendum fœtum, qui vtero continetur, detrahitur. Optima autem ſanguinis portio à fœtu attrahitur, deterior ad mammas confluit.

Cibus nutrici conuenit benè nutriens, hoc eſt, modicè calidus & humidus, & qui cito in ſanguinem & lac conuertatur. Huiuſmodi ſunt juſcula, ſorbitiunculæ, pulticulæ, caro recens, maximè veruecina, vitulina, ſuilla, pullorum oua mollia, butyrum, caſeus recens, panis triticeus, cereuiſia mediocris & alba, quæ lupuli minus

&tritici portionem habeat. Vitanda ſunt ſicca alimenta omnia, vt caro ceruina, leporina, bubula, caſeus vetus, ſalſamenta omnia, & fumo indurata, item aquea, vt poma, ceraſa, cucurbitæ, pruna, &c. Aſtringentia, vt pira, mala, cotonea, meſpila, corna: Acria, vt allium, porrum, cæpa, ſinapi, naſturtium piper: Acida & aceto condita, Aromata, vinum.

De II. Loco.

NVtricis lac probatur ſubſtantia, ſapore, odore, colore. Optimum cenſetur, quod ſubſtantia eſt mediocre, id eſt, nec craſſum, nec caſeoſum, nec ſeroſum, aut liquidum, ſed ęquabile, quod vt Paulus Ægineta ſcribit, in vnguem inſtillatum neq; ſubitò neq; tardè diffluit. Sapore & odore ſit dulci, nihil acidi, ſalſi, amari, acris, aut alienæ qualitatis præ ſe ferens. Quod ad colorem attinet, Galenus hic laudat ſimpliciter album: Ariſtoteles præfert liuidum: ſed illud ſeroſum magis eſt & minus nutrit.

De III. Loco.

Pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Primis duobus annis infans lacte alendus eſt, eoq́; ſolo vſq; dum primores dentes emiſerit, quod ſolet fieri ſeptimo ferè menſe, alijs citius alijs tardius. Poſt hanc primam dentitionem cibo ſolidiori etiam adſuefaciendus eſt. Offerendæ itaq; ſunt pulticulæ, panis triticeus benè coctus, caro: inter legumina piſa. Omnia autem Galeni conſilio ſint prius ore nutricis præmanſa. Cauendum tamen eſt, ne varij cibi cum lacte miſceantur, ſed tantum exhibeantur, cum lac ſubſedit. Vitanda etiam nimia repletio eſt, & cibi validæ materiæ, facilè obruentes, & mali ſucci, cuiuſmodi amidum, panicum, frumentacea quæuis non benè ſubacta & piſta, Ithria, id eſt, omnia ex farina, oleo vel butyro frixa.

Cum reliqui dentes erumpunt, cibus ſolidior, qui mandi debeat, offerendus non eſt. Ferè enim inter dentiendum gingiuæ & maxillæ tumeſcunt & inflammantur. Molliter itaque tum fricandæ ſunt gingiuæ, inſerto in os digito, adhibito butyro, adipe gallinæ, mellis pauxillo, & cerebro leporino.

De IIII. Loco.

Scopus

SCopus in tota educatione pueri is eſt, vt corpus ipſius quam diutiſsimè conſeruetur humidum mediocriter & molle, atq; ita ad maximum augmentum producatur. Huc, vt anteà etiam diximus, plurimum confert balneum aquæ dulcis, temperatæ caliditatis, tum mollis frictio ex oleo dulci, quę primis tribus annis quotidiè, ſequentibus verò tertio aut quarto quoquo die adminiſtretur.

Ad frictionem autem & balnea illud diei tempus maximè eſt idoneum, quo pueri ventriculus omninò vacuus, aut ſaltem alimentum, quod in ipſo continetur, eſt percoctum quod ferè eſſe ſolet poſt longiſſimum ſomnum. Si paulò antè frictionem & balneum nutrimentum obtuleris, periculum eſt, ne crudum in corpus digeratur. Maioribus pueris qui imperio parere ſciũt, certum tempus fricandi & lauandi præſcribi poteſt. Si omninò ob alia negotia lauatio & frictio diutius differenda ſit, cibari poteſt puer modico pane, & tantiſper ludus ei concedi, dum rurſus cibum petat: Quod tempus ad fricandum & lauandum erit commodum. Tutius etiam erit, ſi cibo, qui balneum ita præcedit, nullus addatur potus, nè celerior fiat in corpus diſtributio.

CAPVT XIIII.

LOCI II.

I. *De Lotione in aqua frigida.*
II. *De Exercitatione ſecundi ſeptenarij.*

De Primo.

PVeri à lauatione in aqua frigida arcendi ſunt. Cùm enim mollia ac rara ſint eorum corpora, naturalis eorum calor à frigore externo facilè vincitur, non ſine magno valetudinis & vitæ periculo. Qui ita robuſti ſunt, vt frigidam lauationem tolerare poſsint, nihil aliud commodi conſequuntur, quam quod cutis eorum denſior duriorq́; redditur. Verum denſitas & duricies cutis non ſimpliciter & abſolutè ſalubris eſt, ſed eò tantum prodeſt, nè ab externis cauſis ita facilè lædamur. Ad vitanda autem internarum cauſarum incommoda, & euacuanda excrementa, quæ nutritioni ſuccedunt, aptior eſt rarus corporis habitus quam denſus. Vide Hippocratem in lib. 1. de alimento.

Duricies etiam obſtat auctioni. Quare nè adoleſcentem quidem durante adhuc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tertio ſeptennio, ad frigidam lauationem Galenus admittit, infrà lib. 2. cap. 23.

Quod Galenus hîc de Germanis commemorat, id alij ſcriptores de Celtis referunt. Extat antiquum Epigramma græcorum, item Epiſtola quædam Politiani, quæ teſtatur, Celtas quoſdam, qui circa Rhenum olim habitabant, infantes recens natos in Rhenum mergere ſolitos fuiſſe, vt explorarent, integra nè an polluta matris pudicitia concepti fuiſſent.

De II. Loco.

Poſt primum ſeptennium, vt in ludum literarum mittatur puer, minus iam lauandus, ſed moderatis exercitijs ante cibum exercendus eſt. Exercitationes quæ cibum ſequuntur noxiæ ſunt. Crudum enim chylum diſtribuunt immoderatæ exercitationes, corpus antè tempus exſiccant, & auctionem eius impediunt.

CAPVT XV.

LOCI II.

I. *De Vini potione*

II. *De Aquæ potione, deq; aquarum notis & delectu.*

De Primo.

TEmperati pueri temperamentum abſolutè loquendo calidum eſt & humidum. Vinum verò vt alimentum aſſumptũ facilimè in ſanguinem mutatur, potenterq; calefacit & humectat. Puero igitur noxiũ eſt. Temperamentum enim pueri, etſi ſimilibus conſeruandum eſt, quam diutiſsimè id fieri poteſt, intendi tamen vel augeri minimè debet. Prætereà in calido & humido temperamento, vini potio facilè caput vaporibus implet. Pueri igitur vt animo & mente conſtent, vino abſtinere debẽt.

Adultis etiam vini immoderatior vſus noxius eſt. Etenim in iram, omnemq; petulantiam & libidinem præcipites agit, & partem animi rationalem hebetem turbidamq; reddit. Cùm igitur omnis intemperantia vitanda ſit, ea certè fugienda eſt maximè, quę & corpori & menti detrimentum adfert. Et rectè Galenus hîc monet μεχρὶ πλίστου, id eſt, quam diutiſsime. Et Plato 2. de legib. vſq; ad decimũ octauũ annum ne guſtari quidẽ à pueris vinũ debere.

Adulti ex moderata vini potione vnā vtilitatẽ percipiũt, quod bilioſi ipſorum ſucci, vino in benignũ alimentũ mutato, contẽperentur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

rentur, & attenuante ipſius facultate expellantur. Verum id de albo, tenui & aquoſo vino intelligendum eſt. Potens admodum & calidum vinum noxium eſt bilioſis.

Quanquàm autem Hippocrates ſexto Epidemior. partic. 4. Aphoriſ. 13. ſic ſcribit. Calidæ naturæ, refrigeratio, aquæ potio, & quies conuenit: tamen Galenus pro aqua vino aquoſo magis vtitur, quod familiarius ſit naturæ, & in alimentum vertatur, & omnibus illis incommodis careat, quæ paulò poſt in aqua eſſe demonſtrabimus. Vide commentarium Galeni ſextum lib. 3. de ratione victus acutorum. Maximè autem vinum conuenit ijs, qui vel natiuo temperamenso, vel ætate, vel laboribus multis facti ſunt ſicciores. Eorum enim partes ſolidas humectat ac reficit, bilem partim contemperat, partim per ſudores & vrinas euacuat. Vide Galenum lib. 1. Methodi.

De II. Loco.

PVeris tutò dari poteſt vinum tenue & aquoſum, idemq; multum dilutum, item cereuiſia tenuis. Ab aqua temporibus calidioribus, quibus etiam vltrò eam appetunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſunt, arcendi non ſunt. Deligenda eſt autem recens aqua & optima.

Optima aqua cenſetur ſimpliciter, & quæ indifferenter omnibus conuenit: Primum à loco, fontana, maximè quæ ex fonte profluit orientem ſpectante, & quæ per mundos meatus labitur: Secundo à qualitate, quæ inter guſtandum & odorandum nullam qualitatem præ ſe fert, item quæ prorſus pura ac pellucida eſt: Tertiò à facili mutatione, quæ pota facilè diſtribuitur, & ab igni citò calefit, & rurſus citò refrigeratur, eadem & leuiſsima eſt.

Contra vitioſæ aquæ ſunt. I. Paluſtres, ſtagnantes, per loca ſordida fluentes. II. Salſæ, acidæ, aut alia quauis qualitate guſtatili aut odoratili præditæ, limoſæ, turbidæ. III. Quæ diu in Hypochondrijs morantur, ibiq; inflationes & fluctuationes pariunt & corrumpuntur, quæq; difficulter calefiunt & refrigerantur: Hæ crudæ nominantur, ſuntq; ferè huiuſmodi, quæ ex fontibus ſcaturiunt ad ſeptentrionem obuerſis, quæ non prius bibendæ ſunt, quàm fuerint calefactæ, vide Galenum de ſimplic. Medic.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT XVI.

LOCI III.

I. *De Aëris differentijs & delectu.*

II. *De Puerorum ac Iuuenum calore.*

III. *Quali diſciplina formandus pueri animus ſit in ſecundo & tertio ſeptennio.*

De Primo Loco.

AEris inprimis magna habenda eſt cura. Is enim inſeparabiliter corpori noſtro adhæret, & aſsiduè tùm in ſpiratione, tùm arteriarum dilatatione in corpus attrahitur.

Optimus ac ſimpliciter ſalubris aër ſecundùm ipſius ſubſtantiam cenſetur, qui purus eſt & benè perflatus. Is enim omnibus naturis & conſtitutionibus ex æquo conuenit, vt aqua optima.

Impurus aër, id eſt, nebuloſus, ſtagnorum, paludum, cadauerum, aliorumq́; putridorum corporum vaporibus infectus, itẽ concluſus, qualis in vallibus exiſtit, quæ præaltis montibus vndiq; cinguntur, & in ædibus quæ non inhabitantur, quæ ſitum etiam quendam referunt, ſimpliciter malus & inſalubris eſt, omnibus enim naturis ex æquo aduerſatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quatenus verò aër primis qualitatibus calidus, frigidus, humidus, ſiccus eſt, non ſimpliciter, ſed ad aliquid ſâlubris vel inſalubris dicitur. Temperato corpori temperatus ſalubris eſt: Intemperato verò is, qui contraria eſt qualitate præditus, vt frigido corpori calidus, calido frigidus, humido ſiccus, ſicco humidus: & contra ei, qui ſimili qualitate præditus eſt, noxius eſt.

De II. Loco.

HOc loco, & lib. 2. de temperamentis docet Galenus, corpora noſtra, etſi ſtatim ab initiò ſicciora perpetuò euadunt, vt ſupra eſt demonſtratum, eundem tamen calorem vſq; ad vigorem ſeu mediam ætatem retinent. Et quanquam puerorum calor ſit blandior, iuuenum acrior & mordacior, vtrumque tamen gradum eſſe parem. Verum in corporibus natura frigidis & humidis, decedente paulatim humore, dum ſimul acrior fit calor, augeri & intendi videtur.

De III. Loco.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

IN ſecundo ſeptennio pueri animus moribus & litteris ita formandus eſt, vt ad quodlibet vitæ genus aptus reddatur. In moribus danda eſt opera, vt ſit modeſtus & obſequens. Id fit diſciplina & conſuetudine ſeueriori. Quod ad litteras attinet, duodecimo anno, vt Paulo Æginetæ placet, Grammatica & Geometria inſtituendus. Hæ enim artes in omni vitæ genere magnum habent vſum.

In tertio ſeptennio de vitæ genere ſtatuendum eſt, quod quisq; ingredi velit. Cùm autem diuerſa ſint vitæ genera, non eadem victus ratio omnibus congruit. Cui id propoſitum eſt, vt corporis robore præſtet, ſtrenuus miles, aut luctator euadat, is ſub Gymnaſtis educandus eſt, atq; à ſcientiæ ac doctrinæ ſtudijs auocandus.

Qui verò animi donis, ſcientia ac ſapientia excellere volet, is ſe Philoſophiæ totum dedat, alijsq; ſtudijs neglectis, grauioribus diſciplinis animũ formabit. Quæcunq; enim ad Philoſophicam morum inſtitutionem pertinent, hac ætate ante 21. annum perfici & abſolui vult Galenus.

Qui mercaturam, agriculturam, aut aliam quamuis artem ex ſordidioribus ſectantur, ijs alia atq; alia victus ratio conuenit. Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

nit. Sed Galenus vt dictum eſt, ei nunc præcepta dat, cui cum optima natura liberrimum vitæ genus obtigit, vt valetudini integrè vacare poſsit. Lib. 6. ijs conſulet qui propter vitæ genus, & neceſſaria officia, à tuenda valetudinis cura abducuntur.

CAPVT XVII.

LOCVS VNVS.

De Vniuerſalibus totius corporis excrementis, deq́; naturali eorum expurgatione.

QVÆ eduntur & bibuntur, non actu ſed potentia alimenta ſunt. Ac triplici egent concoctione, priuſquàm in corporis ſubſtantiam demutentur. Prima concoctio fit in ventriculo. Secunda in epate. Tertia in ipſis particulis nutriendis. Porrò in omni alimento duplex eſt materia. Vna vtilis & ad corporis nutritionem accommodata: Altera inutilis & excrementoſa.

Vtilis ſuccus eſt qui tandem apponitur, agglutinatur & aſsimilatur. Excrementum verò paulatim ſecernitur, & per dicata ipſi organa expellitur.

Quemadmodum autem tres ſtatuimus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

concoctiones, ita & triplicia ſunt excremẽta iisq; expurgandis diuerſa organa deſtinata.

A prima concoctione vnum relinquitur excrementorũ genus, craſſum ac terreſtre, quod ſtercus & alui feces nominant. Id enim exugentibus, quod vtile eſt, venis meſaraicis, in inteſtinis relinquitur, ac paulatim ad infimum inteſtinum rectum depellitur: Vbi cũ vel quantitate vel qualitate ſua moleſtũ eſt, facultatem ad excretionem irritat, reſerato orbiculari muſculo reſtrictorio.

In ſecunda concoctione tria excrementa redundant. Horum quod tenue, igneũ ac bilioſum eſt, flori vini ſimile, veſicula fellis epati ſubnata, ſingulari quadam familiaritate, ac naturali deſiderio, per manifeſtum meatum attrahit, fruiturque eo aliquamdiu, ac poſteà per alterum meatum in ieiunum inteſtinum expellit. Bilioſi autem huius excrementi per inteſtina excretione, lenta illa pituita, quæ in gracilibus inteſtinis plurima coaceruatur, ſimul abſtergitur: præthereà chyli diſtributio & fecum excretio promouetur,

Alterum ſecundæ concoctionis ſeu epatis excrementum, craſſum ac feculentum, vini feci ſimile, lien per manifeſtas venas à cauo epatis ad ipſum deductas, pro-

pria

pria ſua facultate ad ſe trahit, eoq; fruitur
ac nutritur, quodq́; epati excrementum e-
rat, id lieni nutrimentum efficitur. Cùm
verò eo iam ſaturatus eſt lien, quod dein-
ceps ſuperfluum eſt, à liène in ventriculum
reijcitur, non vt famem aut appetentiam ex-
citet, ſed vt acerba acidaque ſua qualitate
ventriculi corpus adſtringat ac roboret.
Hæc eſt Galeni ſententia hoc loco, & lib.
5. de vſu partiū. Quanquam Veſalius mea-
tū, quo craſſum hoc excrementū à liene in
ventriculū reijcitur, vidiſſe ſe vnquã negat.

Tertium ſecundæ concoctionis excre-
mentum aqueum, ac ſero lactis ſimile, com-
modioris diſtributionis gratia ſanguini ali-
quamdiu permixtum manet: facta verò
ſanguinis per venã cauam diſtributione, at-
trahitur ſeparaturq́; à renibus per venas e-
mulgentes. Poſteà verò ab ijſdē per longos
quoſdam meatus, quos ὀυρητῆρας vocant in
veſicam vrinariam propellitur. Hęc verò
tum demum ad excernendum impellitur,
cum vel copia nimia premitur, vel ab acri
vrinæ qualitate pungitur. Præfectus au-
tem eſt ceruici veſicæ, & inteſtini recti ex-
tremo, orbicularis muſculus. Hic inter ex-
cernendum laxatur, aliàs verò contractus
manet, nè intempeſtiuè & præter decorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

alui aut veſicæ excrementa reddere cogamur. Adiuuant autem tum fœxum tum vrinæ excretionem non parum abdominis muſculi, totum inferiorem ventrem omni ex parte æqualiter continentes, & diaphragmatis per fortem expirationem ad inferiora depreſsio.

Tertiæ concoctionis excrementa duplicia ſunt. Vnum liquidũ & ſeroſum: alterum craſsũ ac terreſtre. His expurgandis nulla certa organa dicata ſunt, ſed per carnis & cutis meatus, quos πόρους Græci vocant, euacuantur. Liquidum excrementum, pars quædam eſt illius ſeroſi ſecundæ concoctionis excrementi, de quo modò diximus, quod videlicet à renibus non attractum, ſanguini ad partes nutriendas deducendo pro vehiculo additum erat. Hoc autem partim à naturali calore in vaporem reſolutum, per cutem inſenſibiliter tranſpirat, vocaturq; inſenſibilis tranſpiratio: partim maiore impetu impulſum, aquæ inſtar emanat, vocaturq; ſudor. Quocunq; autem modo appellatur, craſsi excrementi aliquid perpetuò ſecum ducit, quod cum cuti adhæret, Græci ῥύπος, Latini ſordes & ſtrigmenta nominant. Pili quoq; ex hoc craſſo excremento in meatibus hærente & paulatim

latim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

latim propulſo, generationem habent vide Galenum 2. de temper.

CAPVT XVIII.

LOCI DVO.

I. *A quibus cauſis excrementa quæq́; retineantur.*

II. *De Particulari expurgatione cerebri.*

De Primo.

DIcta modo primæ, ſecundæ & tertiæ concoctionis excrementa, ſi maturé per loca conuenientia non euacuentur retinentur in corpore non ſine graui noxa.

Cùm enim à natura ſint aliena, plurimos & grauiſsimos morbos retenta excitare ſolent. Maxima igitur eius artis, quæ tuendæ ſanitatis formam præſcribit, pars eſt, promouendorum excrementorum, quę præter naturam retinentur, viam ac rationem noſſe. Verum quomodo retenta excrementa expedienda ſint, non prius doceri aut intelligi poteſt, quàm à quibus cauſis retineri contingat, prius ſit explicatum.

Eſt autem vna communis Methodus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quam docet Galenus in lib. vlt. de Sympt. cauſis, qua tum retentionis, tum excretionis immodicæ cauſæ inueſtigantur. Vitium enim ipſam afficiens, neceſſe eſt vt ſit in ſubiecto, hoc eſt, in ipſo corpore male affecto: vel in obiecto, hoc eſt, in ijs, quæ aſſumuntur, alimentis. Corporis vitium eſt morbus aliquis ſimilaris vel organicus, facultates naturales lædens. Alimenti vitium eſt cibi potusq́; vel mala qualitas, vel quantitas non moderata, item intempeſtiua vel non ordinata adminiſtratio.

Exempli gratia: Primæ concoctionis ſiccum excrementum tardius deijcitur ac retinetur, ſubiecti quidem vitio, cum ventriculus & inteſtina ob intemperiem aliquá, maximè frigidam & ſiccam, materialem vel ſine materia, facultaté expultricem habent imbecillem: Vel cum ſenſu prædita ſunt obtuſiore, vt ab excrementis non facilè irritentur: Vel cum muſculi epigaſtrij hanc expulſionem juuantes, imbecillitate aliqua laborant: Item cum maior & celerior fit alimenti diſtributio quam conueniat, quod accidere ſolet calido epate validius trahente: Vel cum ſtatim poſt ſumptum cibum corpora exercitantur. Rurſus cum tardior fit per inteſtina diſtributio, tardiores etiam

etiam deiectiones eſſe ſolent, id quod ab immodico ociò euenire ſolet. Obiecti ſeu alimenti vitio retardatur deiectio, cum cibi aſſumuntur quantitate pauci, vel qualitate ſicci, acerbi, craſsi, lenti. (Hæc enim omnia tardè per inteſtina diſtribuuntur) vel cum huiuſmodi cibi ordine præpoſtero humidis ac mollioribus præmittuntur.

Secũdę concoctionis bilioſum excremẽtũ retinetur ſubiecti vitio, cũ veſica ipſum colligens, ob intemperiem aliquàm non ſatis attrahit, aut meatus per quos colligi & expurgari debebat, ſunt anguſtiores. Anguſtia autem ipſis accidit tripliciter, quemadmodum id prolixius demonſtrat Galenus, lib. de morborum cauſis cap. 7. Aut enim penitus coaleſcunt, aut obſtruuntur, aut conſtringuntur. Coaleſcunt ab vlcere interiorem ſuperficiem occupante. Obſtruuntur vitio alimenti ab humore multo, lento, craſſo, item à grumo, callo, caruncula, ſcirro, phlegmate, alijſque tumoribus internam ſuperficiem occupantibus. Conſtringuntur ac comprimuntur à corporibus & tumoribus modo dictis, exteriorem ſuperficiem comprehendentibus. Maximè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ximè autem eorum oſcula vitio obiecti, à frigida, ſicca & aſtringenti materia conſtringuntur. Hæc exempli loco ſufficiant. Eadem enim Methodus in retentione aliorum excrementorum vſurpanda eſt, vt veras cauſas inueniamus.

Siue enim biliosum, ſiue craſſum ac melancholicum, ſiue ſeroſum excrementum, aut aliud quoduis excrementi genus retineatur, cauſa ſtatuenda erit, vel in organi, quod attrahere & expurgare debebat, intemperie ac imbecillitate, vel in meatuū, per quos fieri debebat expurgatio, obſtructione aut conſtrictione, quarum cauſæ porrò indagandæ ſunt proueniantnè ex ipſo corpore, an ex alimento extrinſecus oblato.

Tertiæ concoctionis excrementum ſubiecti ratione retinetur, cum imbecillior eſt natiuus corporis calor, quàm vt excrementum illud reſoluere & attenuare queat, quæ imbecillitas accidere ſolet ob otium nimirum & exercitationis intermiſsionem.

Subiecti quoq; vitium eſt, cum, meatus cutis aut carnis ſunt anguſtiores, quod vitium contrahitur ex lauatione aquę frigidæ aluminoſæ, ex rerum abſtergentium ablatione, ab aëris conſtitutione humida,

Ab hac

Ab hac enim meatus cutis concidunt, minuſq; euacuandis excrementis patent, quæ præcipua etiam cauſa eſt, cur Hippocrates ſcripſerit Aphoriſ. 75. lib. 3. Ex anni temporibus ſiccitates imbribus eſſe ſalubriores.

Obiecti vitio tertiæ concoctionis excrementum retinetur, cum ipſum vel nimis eſt copioſum, vel craſſum, vel lentum. Proueniunt autem ferè hæc vitia à natura alimentorum, quæ intrò ſumuntur. Qui morbi, retentiones ſingulorum excrementorum conſequantur, non eſt huius loci commemorare.

De II. Loco.

Dictum eſt à quibus cauſis vniuerſalia corporis totius excrementa retineantur. Sed præter illas ſunt etiam particulares quædam excrementorum expurgationes, vel propter excellentiam particulæ; vel propter actionem exquiſitius obeundam, vel propter continentium corporum ſpiſſitudinem. Exemplum hic ponit Galenus in capite & oculis.

Hæc enim membra præter latentes illos meatus, tertiæ concoctionis excrementis ſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tis ſeruientes, alios quoſdam apertos & conſpicuos habent, per quos expurgantur, vt oculi per genas & nares. Cerebrum veluti calidæ domus tectum eſt, quod ab omnibus inferioribus membris vaporoſa excrementa ſuſcipit, quæ poſteà in pituitoſa ferè mutantur. Expurgatur autem ſecundum naturam, primo per nares: ſecundo per vtramq; aurem: tertio per commiſſuras cranij: quarto per oculos. Cùm præter naturam & per loca non conuenientia expurgatur, fluctuationes in omnes corporis partes mittit, quæ generali nomine catharri appellantur, de quibus nunc non eſt dicendi locus.

CAPVT XIX.

Quomodo retenta excrementa ſint promouenda.

COgnitis retentorum excrementorum cauſis, remedia facilè inueniuntur. Indicantur enim ab ipſa rei natura. Siue enim cauſæ retentorum in ſubiecto, ſiue in obiecto exiſtunt, contrariæ ipſis cauſæ ſemper ſunt opponendæ. Galenus in textu per omnia genera diſcurrit, oſtenditque

per q

non iiſdem ſemper remedijs, aluum, vrinas, cæteraq; excrementa mouenda eſſe, ſed alijs atq; alijs, vt ſunt cauſæ, à quibus retinentur. Subiectum corporis vt immutemus, ſi ſine materia eſt, contrariam tantum qualitatem requirit vt corrigatur.

Materialis intemperies euacuari primo, deindè alterari poſtulat. Immodica repletio inanitione: inanitio victu pleniore: excrementi craſsities attenuantibus cibis & medicamentis, tollitur: lentor incidentibus & abſtergentibus.

Pro exemplo ſit retentio flauæ bilis, ex qua febres tertianæ, ardentes, cauſonicæ, morbus ictericus, eriſipelata, & multa maligna vlcera oriuntur. Cauſæ retentionis ſunt calida intemperies jecoris, copioſum excrementum bilioſum generans, prętereà victus craſſus, lentus, veſiculam bilis obſtruens. Accedit huc etiam venarum corporis totius repletio.

Certũ iam eſt, quod vno remedij genere correctio fieri non debet, ſed plenitudinis ratione primum fiat ſanguinis detractio, deindè humoris redũdantis purgatio, meatuũ apertio, per incidentia & attenuantia, & poſteà repetatur purgatio: His peractis po-

ſtremò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſtremò fiat alteratio, & epar per applicatio-nem frigidorum ad mediocre temperamentum reducetur. Plura alia exempla vide in intextu.

In omni autem excrementorum euacuatione hæc ſunt conſideranda.

I. Primò nè vtilis materia pro inutili educatur; ſed vt talia purgentur, qualia oportet, ſecundum doctrinam Hippocratis 2. Aphor. lib. *1.*

II. Secundò nè coacta ac violenta ſit purgatio, ſed legitima & ordinata; id eſt, vt fiat Canonicè, corporibus ſcilicet prius præparatis fluidisq́; factis, quod fit, ſi antè purgationem corporis meatus aperiantur, ac humores lenti & craſsi incidantur & extenuentur; ſecundum doctrinam Hippocratis Aphor. *10.* lib. *2.* Corpora quæ purgari oportet, oportet fluida facere.

III. Tertiò vt per loca conuenientia ſeu conferentia purgatio fiat, ſecundum doctrinam Aphor. *21.* lib. *1.* Quemadmodum enim de particularibus corporis excrementis ante dictum eſt, euacuari ea particulari quadam euacuatione, per nares, palatum, aures, oculos, pulmonum & thoracis excrementa per tracheam arteriam. Ita in vniuerſalibus quoque purgationibus per

certa

certa conuenientia loca euacuationes fieri oportet.

Diſtinguendæ igitur ſunt communes corporis regiones. Quemadmodum antè concoctiones triplices, & vniuerſalia excrementa triplicia ſtatuimus: ita non incommodè tres etiam regiones numeramus. Prima regione comprehenduntur gula, ventriculus, inteſtina, venæ meſaraicæ, veſicula fellis, & inferior ſeu caua epatis pars. Quæcunq; verò in his excrementa coaceruantur, vt feces, cruda lentaq; pituita inteſtinis adhærens, bilioſum vel melancholicum excrementum, naturaliter & maxima ex parte omnia per aluum euacuantur. Nonnulla tamen etiam interdum cum ad ventriculum repunt, ſurſum per vomitum expurgantur. Medicus autem conſiderato naturæ motu, vomitum vel alui deiectionem arte prouocat.

Secunda regione continetur ſuperior ſeu conuexa epatis pars, vena caua & arteria magna, ſuis propaginibus vſq; ad tenues ſingularum partium venas extenſæ. Quicunq; verò in his partibus continentur ſucci vitioſi, quantitate vel qualitate peccantes, naturaliter per renes & veſicam, item per venas ani, vteri, & narium eua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cuantur. Medici verò naturam imitantes, per venæ ſectionem, per diuretica, & ea quæ menſes mouent, educunt.

Tertia regio muſculos, membranas, cutem, & vniuerſam externam corporis molem, quam habitum nominant, comprehendit. Huius regionis excrementa propriè, vt dictum eſt, per cutem euacuantur inſenſibili quadam difflatione & ſudore. Iuuat autem hanc euacuationem Medicus, imperata frictione, vnctione, exercitatione, balneo, inedia, propinatis etiam ijs quæ ſudores mouent.

Dictæ modò regiones & ex ijs factæ euacuationes, communes ſeu vniuerſales dicuntur. Etſi verò ſingulæ euacuationes certam aliquam regionem præcipuè ac validè euacuant: cætera tamen conſequutione quadam etiam exhauriunt, ſed parcius, idq; ſi & validiores fuerint & crebriores. Vomitus & alui deiectio primum abundè & validè ventriculum & inteſtina euacuant, ac ſi vehementiores fuerint, & crebro iterentur, viſcera item & maiores venas, ac tandé corporis habitum etiam exhaurient. Sic quando per cutem fit diſsipatio, primum quidem è corporis habitu materias educit: Verum diutius & validius continuata, eas

etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

etiam materias rapit, quæ in venis & viſceribus, & in intima corporis regione continentur. Idem de mediæ regionis euacuatione ſentiendum eſt. Validior enim ſi fuerit, & primam & tertiam regionem exhauriet.

CAPVT XX.

De ſummis generibus cauſarum ſalubrium, quarum in omni actione medica vſus eſt.

Item de euacuationum generibus.

PRoximis tribus capitibus tria hæc docuit Galenus. Primum, quæ & qualia excrementa etiam in optimè temperato corpore ſecundum naturam aſsiduè proueniant. Deinde, à quibus cauſis ſingula pręter naturam in corporibus retineantur. Poſtremò, inuentis retentionum cauſis, quæ contrariæ ſemper cauſæ ipſis ſint opponendæ, vt legitima fiat excrementi purgatio. Conſequens nunc erat, vt cauſarum ſalubrium ſeu auxiliorum materias, quibus excrementorum purgationes perficiuntur, etiam exponeret. Verum cum harum ingens ſit ſylua, ſumma tantum genera hoc loco proponit, quibus omnia illa comprehenduntur, quæ in mutandis vel conſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

uandis corporibus familiaritatem aliquam habent, & cauſarum ſalubrium nomen obtinuerunt.

Cùm autem Galenus cauſarum meminit, præcipuè totius artis Medicæ capita paulo altius repetit. Tota, inquit, ars ſanitatis tuendæ & morbi curandi, in trium generum cognitione conſiſtit, corporum, ſignorum, & cauſarum. Corporum, quatenus aliquo modo affecta ſunt, ſana, ægra, neutra. Signorum, quatenus corporum affectus declarant. Cauſarum, quatenus ad mutandos vel conſeruandos corporum affectus momenti aliquid habent.

Porrò cauſarum ſyluam totam in quatuor genera ſumma diſtribuit, in προσφερόμενα, ποιούμενα, κενούμενα, ἔξωθεν προσπίπτοντα, hoc eſt, vt interpretes verterunt, offerenda, facienda, euacuanda, & extrinſecus incidentia.

Per offerenda intelliguntur omnia, quæ intrò ſumuntur, aër inſpiratus, cibus, potus, medicamenta quæcunq;.

Per facienda comprehenduntur omnia exercitationum & motuum genera, etiam illa quibus ſpiritus & calor natiuus intrò extraq; feruntur, vt ſomnus, vigiliæ, venus, animi παθήματα. Foris

Foris incidentia ſunt omnia, quæ extrinſecus corpori accedunt & applicantur, vt aër, quatenus extimam corporis ſuperficim attingit, eamq́; alterat, vnguenta, emplaſtra, balnea & ſimilia.

Per euacuanda intelligendæ ſunt quæcunq́; corporis euacuationes, quarum ſummas ſpecies paulò poſt hic enumerat Galenus. Verum hanc cauſarum ſalubrium diuiſionem, hîc & libro de conſtitutione artis, & alijs locis propoſitam, Galenus magis ex aliorum Medicorum ſententia recitat, quam ipſe eam probet. Mox enim hîc addit correctionem, quanquàm in verſione Linacri locus obſcurus eſt, & ſententia deprauata.

Eſt autem hæc vera Galeni ſententia, non rectè euacuationem cum alijs tribus generibus venire in diuiſionem cauſarum, quæ mutationes efficiunt. Euacuatio enim & repletio ipſæ mutationes corporis ſunt, fiuntque ab ijs quæ offeruntur, geruntur, aut extrinſecus accidunt. Ex Galeni igitur mente in hoc textu, tria tantum ſumma genera cauſarum mutationes efficientium ſtatuenda ſunt: offerenda, facienda, & foris incidentia.

Mutationes verò corporum ſtatuendæ ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

dæ ſunt duplices: Vna ſecundum qualitates, qua calida, frigida, humida, ſicca, denſa, rara, laxa redduntur. Altera ſecundum quantitatem, qua vel euacuantur vel replentur.

Porrò euacuatio rurſus duplex eſt, vna excrementi, altera alimenti. Atque hanc poſtremam triplicem rurſum Galenus hic facit, ſecundum triplex nutrimentum, quod Hippocrates ponit in libro de alimento: nutriens, quaſi nutriens, & nutritiuum.

Alimentum nutriens eſt, quod in ſingulis partibus conſiſtit, & actu iam nutrit. Huic alimento euacuatio opponitur, nimirum perpetuus ille ſubſtantiæ fluor, & reliqui modi corporis habitum reſoluentes vel diſsipantes.

Alimentum nutritiuum eſt id, quod potentia tantum nutrimentum eſt, & longius adhuc abeſt à mutandi actu: Cuiuſmodi eſt chylus, qui in ventriculo & inteſtinis continetur. Huic opponitur euacuatio, quæ fit per vomitum, lyenteriam, & ſimiles excretiones. Medium inter duo modò dicta, alimentum quaſi

nutriens

nutriens Hippocrati dicitur: Cuiuſmodi eſt venarum & arteriarum ſanguis, cui opponitur euacuatio, quæ fit per hæmorroides.

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ARGVMENTVM LIB. II. GALENI DE SANItate tuenda.

QVomodo puer in primo & ſecundo ſeptennio educandus ſit, primo libro Galenus docuit. Cùm verò adoleſcentibus & juuenibus, à ſecundo ſeptennio vſq; ad mediæ ætatis vigorem, exercitationes & labores maximè conueniant, hoc ſecundo libro exercitationum ſpecies ac differentias omnes enumerat, earumq; vires ac facultates recenſet. Vult enim Medicum eatenus eſſe gymnaſtam, vt de ſingulis motuum generibus pronunciare ſciat, quid in corpore efficiant. Cùm autem legitimæ exercitationi præmittenda ſit frictio præparatoria, prius frictionum quoq; differentias, & facultates exponit, ac tandem quæ frictiones, quæq; exercitationes temperato adoleſcenti, tertium ſeptennium iam ingreſſo, conueniant, demonſtrat.

CAP. I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT I.

PRimo capite totius inſtitutæ diſputationis ordinem ac Methodum rurſus proponit, admonetq́; nos diſtinctionis, temperatis & liberis corporibus primum præcepta dari, deindè de ijs qui intemperati ſunt, vel vitæ conditione ſeruili, agi.

CAPVT II.

LOCI II.

I. *Explicatio dicti Hippocratis: Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria.*
II. *Quid differat motus, exercitatio, & labor.*

De Primo.

INſtitutæ diſputationis de exercitatione principium ſumit ex dictis Hippocratis, quorum alterum: Labor cibum præcedat, extat ſexto Epidemiorum, particula 4. Aphoriſ. 28. Alterum: Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria, extat eodem 6. lib. Epide. partic. 6. aphoriſ. 5. Galenus autem eruditè admodum & acutè oſtendit, his breuiſsimis dictis Hippocra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tem duo hæc indicare voluiſſe, primum, vt rebus his omnibus vtamur moderatè, Alterum, vt eo ordine quem monſtrat contextus. Venerem tamen non cuiuis ætati, ſed tantum florenti concedit.

De II. Loco.

MOtus generale nomen eſt. Exercitatio & labor ſunt motus vehementes. Vehementiæ autem nota ac terminus eſt anhelitus alteratio.

CAPVT III.

LOCI II.

I. *Quæ ſint exercitationis commoda.*
II. *Quod ſit idoneum tempus exercitationis.*

De Primo.

DVO præcipuè commoda ab exercitatione proficiſcuntur, excrementorum tertiæ concoctionis euacuatio, & corporis εὐεξία, id eſt, bona habitudo.

Primum enim exercitatio, cum motus ſit vehementior, tria hæc in corpore efficit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cit. Membrorum duritiem, ob mutuum ipſorum attritum, natiui caloris augmentum, & ſpiritum citatiorem. Hæc tria deinceps reliquorum commodorum cauſa exiſtunt.

I. Duricies membrorum facit, vt ipſa ſint δυσπαθέστερα, hoc eſt, iniurijs quibuſuis minus obnoxia, & ad obeundas actiones firmiora.

II. Calor auctus cauſa eſt, vt alimentum validius diſtribuatur, promptius altereтur, atq; in corporis ſubſtantiam conuertatur, deniq; vt omnia quæ in corpore ſunt, modicè liquentur ac fundantur. Ita deinceps fit, vt ſolida molliora euadant, humida magis attenuentur, & meatus omnes patentiores fiant.

III. Spiritus citatior excrementa, in vacuis ſimilarium partium ſpatijs hærentia, propellit, & meatus omnes expurgat.

De II. Loco.

EX ijs quæ modo dicta ſunt facilè colligitur, quando tempeſtiuum ſit corpora exerceri. Cùm enim diſtributio omnis exercitatione accelere-

tur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tur, non conueniat autem crudum vllum alimentum diſtribui, conſtat exercitationis tempore, neq; in ventre, neq; in venis, crudum quicquã eſſe debere. Rapitur enim per exercitationem ad alia membra, priuſquàm in proprijs organis juſtam concoctionem ſit adeptum. Et verum eſt, quod vſitatè dicitur, primę concoctionis vitia à ſecunda non corrigi, neq; ſecundæ à tertia.

Prætereà cum nutrienda corpora pura & excrementis libera eſſe oporteat, vt demonſtratur Aphoriſ. *10*. lib. *2*. ſequitur, exercitatione excrementa prius excutienda eſſe, quam cibus offeratur. Ex his iam concluditur, aptiſsimum exercitationis tẽpus eſſe id, quo heſternus cibus duplici concoctione, ventriculi & venarum, exactè confectus ac elaboratus eſt, & excrementa alui & veſicæ depoſita. Quæ citius fit exexcitatio, crudis, quæ tardius, bilioſis ſuccis corpus implet.

CAPVT IIII.

LOCI II.

I. *Quibus notis judicandum ſit de ſecunda concoctione, quæ fit in epate & venis.*

II. *Quo-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

II. *Quomodo corpora ad exercitationem ſint præparanda.*

De Primo.

QVomodo ſecunda concoctio in jecore & venis procedat, oſtendit vrina. Spectantur autem in naturali vrina præcipue hæc tria: Color, Conſiſtentia, & Hypoſtaſis. Iudicaturq; optima, quæ colore eſt medio inter rufum & pallidum, conſiſtentia media, nec tenuis vt aqua, nec craſſa vt jumentorum vrina, hypoſtaſi alba, leui, & æquali, in Pyramidis figuram aſſurgente. Galenus de ſolo colore hîc agit, quem vt rectè intelligamus, præſupponendum eſt, à mediocri concoctione epatis & venarum (cuiuſmodi eſt, cum harum partium innatus calor, ſucco ex ventriculo & inteſtinis tranſumpto, moderatè iam dominatur, ac in probum ſanguinem conuertit) produci bilem, colore croceam, auream, flauam aut rufam (his enim vocabulis hîc promiſcuè vtuntur) qua cum ſeroſum excrementum natura album mediocriter tingitur, exiſtit color medius inter croceum & album ſeu pallidum, quem ſubcroceum, ſubaureum, aut ſubrufum nominant, ſimilis auro

auro pallidiori rhenano aut coronatorum. Hic color in naturali ac temperati hominis vrina omnium optimus eſt,ac veluti regula, ad quam reliqui conferri & examinari debent. Hac vrina apparente, Galenus adoleſcentem ſuum ad exercitationem producit, depoſitis tamen prius alui & veſicæ excrementis, ne quid etiam inde vi caloris per exercitationem excitati,ad corporis habitum rapiatur.

Pallidus vrinæ color ad albedinem declinans,& qui albus eſt penitus, cruditatem ſignificat maiorem aut minorem, prout magis minuſúe ad aqueum colorem recedit. Rurſus,qui à medio colore in alteram partem declinans, immodicè rufus aut croceus eſt, is non ſolum iam concoctum, ſed & ſuperconcoctum & pluſquam concoctum venarum ſuccum ſignificat, & exercitationem potius quam cibum differendum eſſe indicat. Verum hæc omnia in temperatis & ſecundum naturam ſe habentibus intelliguntur.

De II. Loco.

Exercitationis commoda paulò antè expoſita ſunt, nunc incommoda quoque conſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

conſideranda ſunt. Nam qui temerè & non præparati validiores paulo exercitationes obeunt, ijs ſolidiorum partium ruptiones aut conuulſiones metuendæ ſunt. Accidit etiam vt excrementa vi ſpiritus per exercitationem aceruatim impulſa, poros facilè obſtruant, vnde grauiores affectus poſteà ſequi ſolent. Hæc igitur incommoda vt vitentur, ſolidiora ante exercitationem primum ſunt mollienda, humida verò tenuanda, & pori dilatandi. Hæc autem omnia perficiuntur mediocri tum frictione, tum vnctione.

Frictio vnctionem præcedere debet. Ea enim corpus mediocriter calefacit, poros dilatat, oleoq́ue vt altius penetret, viam aperit. Adminiſtratur autem huiuſmodi frictio molli linteolo, manibus citra compreſsionem celerius paulo circumductis, vſque dum floridus quidam rubor per cutem diffundatur. Poſteà nudis manibus infricatur oleum, primum blandius, deindè paulo fortius, non vt corpus duretur, ſed vt robur eius conſeruetur, & quæ ex molli frictione contracta eſt laxitas, corrigatur.

Varium autē manuū iniectum ac circumactum fieri Galenus pręcipit, ſecundū rectū, obli-

obliquum, tranſuerſum, & media interuala, vt vniuerſę muſculorum fibræ vndiquaque, quoad fieri poteſt, frictionis vſum ſentiant. Verum cum plures ſint frictionum differentiæ, variæq; ipſarum facultates ac vires, prolixam de ijs diſputationem Galenus inſtituit, propriasq; earum differentias certo numero definit, & quid ſingulæ in corporibus efficiant, ex Hippocratis ſententia docet, idq; agit vſq; ad *12.* caput huius libri. Poſteà diſtinctè oſtendit, cuius generis hæc præparatoria frictio, quæ temperato adoleſcenti conuenit, eſſe debeat.

CAPVT V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.

Quot ſint in vniuerſum propriæ frictionum differentiæ, & quæ ſingularum facultates.

HIppocrates in libro κατ᾽ ἰητρεῖον (qui totus de officio Medici vulnerarij agit) particula *3.* Aphoriſ. *26.* ſic ſcribit: ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι, ἡ σκληρὴ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη παχῦναι, hoc eſt, Frictio facultatem habet ſoluendi, ligandi, carnem augendi, minuendi, dura, ligandi, mollis,

mollis, ſoluendi, multa, minuendi, mediocris, incraſſandi. Porrò ligare, vt Galenus ibi in commento, & infra hîc cap. *ii* interpretatur, Hippocrati idem eſt, quod denſare ac indurare, ſoluere idem quod rarefacere ac mollire, minuere eſt gracile reddere ſeu extenuare.

Ex hoc breui dicto Hippocratis colligit Galenus proprias omnes frictionum differentias, tres videlicet à qualitate, ac totidem aliàs à quantitate ſumptas. A qualitate ſumptæ differentię ſunt, mollis, dura, & quæ inter has media eſt, mediocris. A quantitate, multa, pauca, & inter has media, quæ mediocris etiam dicitur. Hæ differentię omnes, earumq; facultates ſeu effectus, in modò citato Hippocratis textu explicantur, vel facilè inde colligantur. Hippocrates enim pro vſitata ſua breuitate quatuor tantum frictionum differentias recenſet. In qualitatis differentijs omittit eam, quæ mediocris eſt inter duram & mollem, propterea quod definitis duobus extremis contrarijs, id quod medium eſt vltro ſe offerat. In quantitatis differentijs omittit alteram extremarum, nempè paucam, propterea quod pauca frictio multæ non ita ſit contraria ſecundum effectum, quemadmo-

dum dura molli. Multa enim carnem extenuat atq; diminuit. Pauca verò non tantum habet virium, vt carnem augere poſſit: id autem facit mediocris. Quare eam Hippocrates multæ ſtatim ſubiungit, eiq́; quaſi opponit, omiſſa pauca, quæ nihil notatu dignũ efficit, aut ſi quid efficit, id non eſt ipſius proprium, ſed omnium frictionum commune, nimirũ quod calorem ſuſcitet.

Hanc Hippocratis doctrinam de proprijs frictionum differentijs, vt plenam ac perfectam Galenus defendit, reprehenditq́; eos qui innumera frictionũ genera ſtatuunt, ſumptis differentijs à cauſis ſine quibus nõ, vt à temporum & locorum varietate, item à cauſis inſtrumentalibus, vt à manuum, linteorum, pannorum, pulueris, olei, & ſimilium rerum, quibus frictio perficitur, diuerſitate. Taxat etiam eos, qui proprias ac ſimplces differentias ab Hippocrate inuentas commiſcent, ac noui aliquid ſe inueniſſe putant: Vt Theon Gymnaſta, qui ſex genera frictionum ponit, quorum ſingula ſunt ex qualitatis & quantiatis differentijs compoſita, vt dura & pauca, dura & multa, dura & mediocris, item mollis & pauca, mollis & multa, mollis & mediocris. Hunc dupliciter notat Galenus: Primum, quod

in illa

in illa copulatione ſecundum ſuam hypotheſin tria genera prætermiſerit. Debebat enim cum mediocri, quæ eſt inter duram & mollem, etiam mediocrem quæ eſt inter paucam & multam copulare. Deinde quod elementari doctrinæ Hippocratis ſuã compoſitam anteferat. Elementarem doctrinã appellat, in qua ſimpliciſsima quæq; proponuntur, ex quorũ noticia compoſita poſteà facilè intelliguntur. Vt ſi ſciam mollem frictionem per ſe carnem efficere molliorẽ, & mediocrem in quantitate carnem augere, non difficilé erit poſteà concludere, mollẽ & mediocrem frictionẽ corpus & augere, & mollius reddere, & ſic de reliquis omnibus.

CAPVT XII. XIII. XIV.

De præparatoria frictione eiuſq; qualitate & quantitate.

EXplicatis generibus frictionum, earũq; facultatibus, redit ad id, quod initiò propoſitum erat, ac docet quo frictionis genere temperatus adoleſcens, dum ad exercitationem præparatur, vti debeat. Ac de qualitate huius frictionis diſputat cap. *12.* De quantitate cap. *13.* & *14.*

Primum autem duplicem frictionis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

omnis ſcopum eſſe oſtendit. Interdum enim frictio eſt cauſa ſalubris per ſe, cum id ſolùm ſpectatur, vt corpus rarius aut denſius; carnoſius aut gracilius ex ipſa reddatur. Interdum alteri cauſę ſalubri ſubſeruit. Huiuſmodi eſt frictio præparatoria, de qua nunc agitur, & ἀποθεραπεία, id eſt, recuratoria, quæ exercitationi ſuccedit, & laſſitudinibus medetur, de qua initiò libri tertij tractabitur. Vtriuſq; enim ſcopus eſt, vt exercitatio vtiliter ſuſcipiatur ac perficiatur.

In præparatoria frictione, vt antea quoq; dictum eſt, id agitur, vt corpus modicè calefiat, meatus cutis reſerentur, excrementa fluxibilia reddantur, fibroſæ ac ſolidiores corporis partes molliantur, naturali quadam mollitie, ita vt artus flexiles reddantur, citra notabilem vllam in laxitate aut denſitate, impletione aut extenuatione, mutationem.

His ſcopis obſeruatis, & facultatibus frictionis cognitis, demonſtrat Galenus, conuenire in propoſito adoleſcente frictionem initiò quidem mollem, ſed quam dura mox excipiat, & ſi medium teneri non poteſt, præſtare, vt ad durum potius quam ad molle exceſſus fiat. A duro enim ac

denſo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

denſo id tantum eſt incommodi, quod tranſpiratio impediatur, verum id ſubſequenti ſtatim exercitatione corrigi poteſt. A molli & laxo corporis robur diſſoluitur, ipſumq; externis iniurijs magis fit obnoxium, & nimium tranſpirabile, vt non excrementum ſolùm, ſed vtilis etiam corporis ſubſtantia plerumq; diſsipetur. Hæc autem incommoda non ita facilè poſteà corriguntur. Hæc ſunt quæ de qualitate frictionis præparatoriæ Gal. cap. *12.* præcipit.

Quod ad quantitatem attinet, præſtat eam ad paucam infra mediocrem, quam ad multam declinare. Minus enim in corporis augmento quam extenuatione eſt incommodi. Verum in moderanda frictionis quantitate monet Galenus, vt aëris rationem habeamus, qui ſi temperatus non fuerit arte ipſum vt corrigamus, & quàm fieri poteſt maximè temperatum deducamus. In calidis locis ac temporibus, corpora prius etiam quam frictione molleſcant, illicò in ſudorem ſoluuntur. In frigidis vix vnquam incaleſcunt, ægrè certe molleſcunt, atq; in ruborem ac tumorem attolluntur.

XIIII. cap. exponit Galenus, quæ ſint mediæ frictionis in aëre temperato notæ.

Sunt autem eædem, quæ ſunt mediocris perfuſionis aquæ calidæ, nimirum rubor & tumor: quæ cum leuiter apparent, & nondum ad ſummum peruenerunt, frictione ſtatim abſtinendum eſt. Non enim incraſſare corpus nunc propoſitum eſt, ſed tantum vt ſolida molleſcant, humida liquentur, & pori aperiantur.

Illud prætermittendum non eſt, quod Galenus hic addit, modum frictionis & exercitationis non ſtatim initiò, ſed experientia quadam deprehendi, cognitis prius ſcopis. Optimã autem naturam ſibi ipſi, proprio ſuo impetu, exercitationis, frictionis, vt & cibi, potus, ſomni modum preſcirbere, ac tum ſua ſponte abſtinere, cum ijs moderatè eſt vſa.

Qui natura frigidi ſunt, præſertim ſi humidi etiam fuerint, item qui frigidi ſucci multum in ventre, circa viſcera, aut in corporis habitu collectum habẽt, item plethorici, id eſt, qui omnes corporis ſuccos equaliter ſed immodicè auctos habent, ad motus omnes ſunt ſegniores. Contra qui calidiori ſunt temperamento, hi ad certamina & motus omnes, pluſquam conueniat, corpore animoq; parati exiſtunt. Quare hos coercere, illos inſtigare & impellere magis conuenit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI.

Finita diſputatione de frictione præparatoria, de ipſa exercitatione deinceps nunc agit, Ac *15*. cap. tantum varia genera exercitationum enumerat. Cuiuſmodi ſunt, ambulatio, equitatio, curſus, ſaltus, ludus pilæ, jactus diſci, geſtatio alterum, lucta, παγκράτιον, pugillatus, ſciomachia, item foſsio, remigatio, aratio quę ſimul exercitationes ſunt & operæ.

Cap. *16*. adhibita diſtinctione qualitates recenſet, quibus inter ſe exercitationes differunt. Sunt enim veloces aut tardæ, robuſtæ aut imbecillæ, aut ſimul robuſtæ & celeres, quæ vehementes dicuntur. Accedit etiam differentia à tempore. Aut enim perpetuæ ſunt, aut interciſæ, & ſi perpetuæ, æquabiles aut inæquabiles, ſi interciſæ, aut certo ordine, aut citra ordinem. Sumuntur etiam differentię à loco & aëre ambiente.

Enumeratis autem differentijs, primum quid omnibus commune ſit, deinde quid ſingulis proprium exponit. Commune omnibus eſt, quod natiuum corporis calorem augeant. Proprium ſingulis, quod has vel illas corporis partes magis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

exerceant: Item, quod pro modo celeritatis aut tarditatis, roboris aut remiſsionis, corpus variè afficiant. Crura magis quam reliquas partes exercent, ambulatio & curſus: Brachia, ſciomachiæ, acrochiriſmi, & operæ pleræq; ſedentariæ: Thoracem & pulmones, magna reſpiratio: Lumbos & ſpinam, crebra inclinatio, vt grauè aliquid è terra attollas, quæ omnia Galenus enumerat in fine *16.* capitis.

Tardæ ac remiſſæ exercitationes corpus molliunt ac rarefaciunt, & carnem augent: Celeres ac robuſtæ, & denſant, & gracile quidem corpus, ſed muſculoſum, compactum ac vegetum reddunt, vt patet ex cap. *2.* vbi Galenus vult medicum noſſe omnium motuum differentias, vires ac facultates.

Robuſtæ exercitationis, cuiuſmodi ſunt foſsio, remigatio, exempla multa recitat Galenus cap. *17.*

Celeris exercitationis exempla recenſet cap. *18.*

Vehementes exercitationes ſunt, quæ ſimul cum robore & celeritate fiunt, harum exempla aliquot recitat cap. *19.*

Cap. *20.* diſtinguit exercitationes, quæ motus ſunt animales & arbitrarij, à naturalibus

libus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

libus motibus, qui non pendent ex arbitrio noſtro, cuiuſmodi ſunt, motus cordis & arteriarum. Ac recenſet quatuor generales cauſas mutationis pulſuum, quarum prima eſt, naturalis caloris auctio vel diminutio. Secunda, ſpiritus quantitas, vel paucitas vel copia. Tertia, robur aut imbecillitas facultatis. Quarta, inſtrumenti, hoc eſt, cordis vel arteriæ diſpoſitio.

Cap. 21. motus qui extrinſecus adueniunt, & naturales non ſunt, diuidit in actiuos, paſsiuos & mixtos. Actiui motus ſunt, ambulatio, curſus. Paſsiui, vectatio in curru, nauigatio. Mixti, equitatio & ſimiles.

Cap. 22. docet Galenus, quæ cura adhibenda ſit medico gymnaſtæ, in exercendo corpore temperati adoleſcentis, vt in hanc vel illam partem non inclinet, ſed motuum mediocritatem, quoad fieri poteſt, ſeruet.

Cap. 23. quod antea dixerat, repetit, docetque quando ab exercitatione ſit abſtinendum, nimirum dum corpus leuiter intumeſcit, & floridus quidam color apparet, & artus flexibiliores habilioresque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

facti ſunt. Poſt exercitationem frigidâ lauari vetat. Quamdiu enim auctio corporis adhuc fit, prorſus à frigida lauatione abſtinendum cenſet.

FINIS LIBRI II.

A R-

ARGVMENTVM LIBRI TER-TII.

QVÆ eſſent exercitationis commoda, & quod tempus idoneum, item quomodo incommodis, quę cum exercitatione temerè ſuſcepta incidere plerumq; ſolent, vt ruptionibus, conuulſionibus, obſtructionibus, frictione præparatoria occurrendum ſit, & quomodo tandem moderanda ſit exercitatio, proximè ſuperiori libro Galenus docuit. Ac ſimul omnes frictionum & exercitationum differentias, earumq; facultates enumerauit. Quia verò exercitationi, ſi modum paululum exceſſerit, laſsitudines plerunq; ſuccedere ſolent, vtilis eſt ἀποθεραπεία, id eſt, refectio quædam, qua adhibita laſsitudines vitari queant.

In hoc igitur III. libro primũ docet, quomodo corpora iam exercitata ἀποθεραπεία reficienda ſint, nè laſsitudine corripiantur, idq; agit primis quatuor capitib. V. & VI. quomodo balneis poſt exercitationẽ vtẽdũ ſit, do-

ſit, docet. Nouem conſequentibus capitibus vſq; ad 16. laſsitudinum ſpecies omnes enumerat, & quæ ſingularum remedia ſint, exponit. Tandem poſtremis capitibus proponit corpus ſanum quidem, vt anteà, & nulla laſsitudine affectum, ſed quod ex recenti venere, vigilia, crapula, mœrore, vel alia quamuis occaſione nonnihil ſit alteratum, frigidius, calidius, ſiccius, humidius, denſius, laxius, aut imbecillius redditum, oſtenditq́;, quo frictionis, exercitationis & ἀποθεραπείας genere huiuſmodi corpora vti debeant

CAPVT I.

PRimo capite ſummam eorum quæ anteà dicta ſunt repetit, & ordinis ſui rationem reddit.

CAPVT II. III. IIII.

Quis ſit in ἀποθεραπεία ſcopus, & quibus modis perficiatur.

SOlidarum partium excrementa calefieri & extenuari per exercitationem conſtat. Ea autem cum euacuari prorſus neceſſe ſit, & nonnunquam poſt exercitationem retinean-

neantur, primus in ἀποθεραπείᾳ ſcopus eſt, vt hæc excrementa euacuentur. Perficitur autem id mediocri frictione, partium quæ fricantur tenſione, ſpiritus cohibitione, vnctione.

Ac frictio quidem dura non conuenit: denſat enim corpus, atq; ita excrementis viam præcludit. Præterea cùm durat, partibus tenſis maximè eſt aduerſa. Mollis frictio corpus quidem mollit, & cutem refacit, ſed in altum non penetrat, neq; excrementa quæ profundius latent, elicit. Mediocris igitur conuenit, ita vt manus valenter inijciantur, ſed velocitate mouendi, & pinguis olei copia rurſus remittantur, atq; ita euadat mediocris.

Partium fricandarum tenſio id præſtat, vt quod inter cutem & ſubiectam carnem excrementorum reſidet, per cutem expellatur, quaſi gemina quadam manu, vna foris eius qui fricat, altera intus, ipſis ſcilicet partibus quæ tenduntur, manus vicem ſupplentibus.

Spiritus cohibitione, quæ fit larynge clauſo, & thorace arctato, item muſculis epigaſtrij leuiter contractis, putat Galenus ſpiritum ad inferiora depelli, ac veluti à duabus manibus, diaphragmate & epiga-

ſtrio,

ſtrio, ea quæ in medio continentur viſcera comprimi, atq; ita quicquid eſt tenuium excrementorúm ad inferiora propelli. Ad hunc modum ſpiritu cohibito, & partibus exercitatis diſtentis, adhiberi vult cum oleo frictionem, eamq́; quam celerrimè ac citiſſimè peragi, idq́; multorum manibus, ne qua corporis pars in frictu ſtatim refrigeretur, ac refrigerata condenſetur.

Tota hæc ratio ἀποθεραπευτικὴ noſtra hac ætate ignoratur. Quare ſatis fuerit, vt ritè fiant exercitationes, videlicet ſi operam dederimus, vt oportuno tempore fiant, vtque ſint moderatæ, & vt ex paruis paulatim increſcant, cumq́; ad ſummam vehementiam peruenerunt, non ſtatim deſinant, ſed paulatim rurſus remittantur. Id nobis pro ἀποθεραπεία ſatis erit: Aut ſi aliqua futuræ laſsitudinis ſuſpicio fuerit, pro apotherapia vtiliter adhiberi poterit balneum aquæ dulcis, mediæ temperiei, vt ſequenti capite Galenus docet.

CAPVT V. & VI.

Quomodo balneis tum calidis tum frigidis pro apotherapia vtendum ſit.

Bal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Balneum rectè adhibitum etiam apotherapiæ pars quædam eſt. Proponit autem hic Galenus tria genera: Vnum aquæ dulcis, alterũ aquæ frigidæ, tertium aquarum ſponte natarum. Aquæ dulcis balneũ, ſi media fuerit temperie, ita vt citra vllum horrorem ſuaue ac blandũ corpori occurrat, ipſum calefacit & humectat, atq; ita duras ac tẽſas partes emollit, & ſi quid à molliore carne vel adipe liquatũ ſub cute reſederit, id facilè euacuat. Quare huiuſmodi balneum propoſito adoleſcenti conuenit, cum ſuſpitio eſt exercitationẽ fuiſſe immodicã.

Si infra mediam temperiem tepidius balneum fuerit, humectandi quidẽ, ſed magis refrigerandi quàm calefaciendi vim habebit. Si calidius fuerit, calefaciet quidem, ſed non perinde humectabit.

In temperato balneo mora exigua eſſe debet, vt tantum excrementa, non etiam vtilis ſubſtantia reſoluatur.

In Laconicũ, quod eſt ſudatorium balneum, propoſitum adoleſcentẽ prorſus venire non vult. Statim autem à ſolio aquæ dulcis ad aquam frigidam properare vult Galenus eum, qui ad frigidam lauationem aptus eſt, qui videlicet quarti ſeptennij medium iam attigit, & ple-

num

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

num corporis augmentum adeptus eſt. Qui minores ſunt, ijs frigidam lauationem inutilem eſſe putat.

Commoda frigidæ lauationis, ſi ritè fiat, hæc recenſet. Quod corpus magis fiat compactum, muſculoſum & vegetum, atq; omnibus externis iniurijs minus obnoxium, cutis durior ac denſior, appetentia maior, concoctio melior. Vt autem commodius tolerare poſsint frigidam lauationem, qui prius ea vſi non ſunt, incipiendam eam putat initiò æſtatis, cœlo maximè tranquillo, & tempore quam calidiſsimo, & eum qui lauatur, non cunctanter ſed celeriter in frigidam inſilire debere, vt ita horrorem vitet. Aquam verò non crudam planè aut glacialem eſſe debere, ſed remiſsius frigidam.

CAPVT VII.

Quot ſint laßitudinum ſpecies, & quæ earum συμπτώματα & eſſentia.

CVM difficilè ſit ea omnia quæ de modo exercitationis & ἀποθεραπεία præcepta ſunt, ita ad vnguem obſeruare: errores autem qui hîc committuntur, laſsitudines ſe-

nes ſe-

nes ſequi ſoleant, proximè nunc Galenus laſsitudinum omnium, tum ſecundum συμπτώματα, tum ſecundum eſſentiã differentias primum explicat. Deinde quæ omniũ communia, & quæ ſingularum ſint propria remedia docet. Cùm itaq; corpora, quæ laſsitudine tentantur, non eodem modò omnia afficiantur, ſed in quibuſdam vlceroſus, in alijs tenſiuus, in nonnullis verò ceu phlegmonis cuiuſdam ſenſus excitatur, ſecundum triplicia hæc ſymptomata, tres ſimplices laſsitudinũ ſpecies primum conſtituuntur, vlceroſa, tenſiua, & phlegmonoſa.

Vlceroſæ laſsitudinis eſſentia ſeu cauſa ſunt, tenuia ſimul & acria excrementa, quæ etiám in temperatis corporibus, ab immodica exercitatione, ex duplici materia prouenire ſolent, craſsioribus videlicet excrementis fuſis & attenuatis, non tamen expulſis, vel adipe aut molli carne liquata. Crebrius autem hæc laſsitudo accidere ſolet corporibus cacochymicis, & ijs qui recenti cruditate laborant, cum aut exercitantur immoderatius, aut diutius in ſole morantur. Acris certè materia quæcunq;, cum in corporis ſuperficiem expellitur, cutem & interdum ſubiectam etiam carnem pun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

git, ac vulneris, cum à mordaci medicamento irritatur, ſenſum inuehit. Si valdè acris & copioſa materia fuerit, vel ſi celerius moueatur, horrorem plerumq; & rigorem inducit. Vide Gal. cap. 5. lib. 5. de Morbor. & Symptom. cauſis: Sed ibi magis de morboſis loquitur, hîc de ſymptomatis in ſano adoleſcente.

Tenſiuæ laſsitudinis cauſa eſt, non excrementum aliquod, ſed affectus quidam in muſculis ac neruis relictus, tenſioni, quæ per exercitationem fiebat, non abſimilis. Tenduntur inter exercitandum muſculorum fibræ, ac præ cæteris maximè, quæ rectum habent ſitum, & per longitudinem tenſionis porriguntur, ita vt interdum parum abſit quin rumpantur. Quare & in iiſdem illis fibris rectis hæc tenſiua laſsitudo poſt exercitationem maximè relinqui ſolet.

Phlegmonoſam laſsitudinem appellant eam, in qua partes quaſi contuſæ, aut phlegmone obſeſſæ ſentiuntur. Cauſa huius eſt, quod muſculi immodicè per exercitationem excalefacti, circumfuſa ſibi excrementa penitius ad ſe attrahunt, iiſq; copioſius imbuuntur. Quod ſi eadem excrementa neruos & tendones etiam im-

buant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

buant, magis adhuc in profundo dolor ſentitur, appellantq́; tunc huiuſmodi laſsitudinem ὀςόκοπον, quaſi dicas, oſsium laſsitudo, propterea quod tendones oſsibus proximè adhæreant.

Phlegmonoſa laſsitudo ex motibus naſcitur, tum vehementiſsimis, tum plurimis, acciditq́; ijs potiſsimum, qui exercitationibus parum aſſueti ſunt. Tenſiua ex robuſtis magis quam velocibus exercitationibus oritur. In phlegmonoſa muſculi ſupra naturalem habitum in tumorem attolluntur & qui ea laborant, leui tactu offenduntur, & dolent, cum ipſi per ſe moueri cœperint, tactu etiam calidiores apparent. Qui tenſiuà laborant, corpore ſunt magis arido & contracto, quemadmodum etiam ij, qui vlceroſa detinentur. Sed tenſiua manifeſtam etiam caliditatem præ ſe fert: vlceroſa non item.

Hæ tres laſsitudinum ſpecies ſimplices poſteà inter ſe complicantur, exiſtuntq́; ex compoſitione quatuor genera. I. Vlceroſa & tenſiua. II. Vlceroſa & phlegmonoſa. III. Tenſiua & phlegmonoſa. IIII. Vlceroſa, tenſiua, & phlegmonoſa ſimul, quæ etiam compoſitis remedijs curantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Porrò præter commemoratas ſimplices ſpecies, quæ ex his componuntur, recenſet Galenus quartum quendam affectum, laſsitudini ſimilem, qui tamen laſsitudo non eſt, cum videlicet ſine vlceroſo, tenſiuo, aut phlegmonoſo dolore, corpus poſt exercitationem gracilius, contractiuſque apparet: Eſtq; nihil aliud, quàm ſiccitas quædam; quæ boni ſucci corporibus accidere ſolet, ab exercitatione immodica.

CAPVT VIII. IX. X.

Quomodo ſingulæ laſſitudinum ſpecies curandæ ſint.

QVod ad curationem attinet vlceroſæ & phlegmonoſæ laſsitudinis, quoniam vtraq; ab excrementis ortum habet, quæ euacuari poſtulant, vnum commune vtriuſq; remedium erit euacuatio.

Porrò educuntur excrementa eiuſmodi potiſsimum frictione, tum molli tum multa, cum oleo omninò dulci, à quo omnis aſtringendi vis abſit.

Quia verò in vlceroſa laſsitudine corpora ex motu minus dolent, conuenient etiam motus, quantitate mediocres, & qualitate tardi. Hi enim calorem & ſpiritum exci-

excitant, à quibus excrementa ipſa magis attenuantur & propelluntur. Quod opus etiam adiuuat ipſa muſculorum tenſio.

In phlegmonoſa, qua corpora motu offenduntur, quiete magis reficienda ſunt: Sed quia excrementa altius in profundo latent, frictione egent molliſsima & plurima, præterea etiam longiſsima, in aqua temperata, mora. Quia verò magis calent corpora quam in vlceroſa, oleum quo vnguntur adhibendum eſt tepidius, id eſt, aliquanto magis ad frigidum declinans.

Tenſiuæ laſsitudinis affectus, erat ipſa fibrarum tenſio. Remedium igitur ipſius erit relaxatio. Perficitur hæc relaxatio quiete potiſsimum, pauca ac molli frictione, & mediocri mora in aqua temperata. Oleum quoq; pro caliditatis modo, quæ apparet, tepidius eſſe decet, & omni aſtrictione carere.

Quartus affectus, qui laſsitudinibus annumerabatur, & nihil aliud eſt quam ſiccitas, corrigitur humectatione. Humectatio autem potiſsimum perficitur nutrimento, tum humidiore tum leuiore. Vt autem nutrimentum huiuſmodi ad particulas exhauſtas commodius attrahatur, ibiq; conſiſtat ac minimè diſsipetur, iuuat frictio pau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ca, mollis & tarda, balneum aquæ dulcis, ſed temperata paulò calidioris, quo cutis nonnihil contrahatur, & poſt balneum lauatio frigida. Hæc enim maximè cutem denſat ac roborat, efficitq; vt attractum alimentum minimè diſsipetur. Ex his patet, non vnum remedium omnibus laſsitudinibus conuenire, ſed pro cauſis à quibus excitantur, & à quibus indicatio ſuppeditatur, aliud atq; aliud.

CAPVT XI. XII. XIII.

Quæ victus ratio in ſingulis laßitudinibus conueniat.

QVemadmodum laſsitudines pro cauſis à quibus excitantur, non ſimili, ſed diuerſo Apotherapiæ genere, vt dictum eſt, corriguntur: ita & victus rationem, non eandem, ſed diuerſam poſtulant, pro indicatione quam ipſe corporis affectus ſuggerit. Omnibus quidem conuenit nutrimentum humidum & boni ſucci. Sed glutinoſum, etſi in tenſiua laſsitudine rectè exhibetur, quia tamen excrementorum digeſtionem moratur, in vlceroſa & phlegmonoſa minimè conuenit. Et quanquam humidum nutrimentum omnibus ſit vtile,

humidiſsimum tamen requirit phlegmonoſa laſsitudo, ſecundo loco vlceroſa. Quod ad quantitatem attinet, omnibus parcius exhibendus cibus eſt (excepto quarto affectu) ſed parciſsimè ijs, quæ oriuntur ex repletione aliqua. Cuiuſmodi eſt in primis phlegmonoſa deinde vlceroſa.

Hæc eſt ſumma eorum, quæ Galenus tradit de curatione laſsitudinum ſimplicium, id eſt, quatenus ſunt ſimplices ſpecies. Sed exagitat multis verbis Medicorum vulgus, & Theonem Gymnaſtam, qui Gymnaſticos libros conſcripſerat, quod de curatione laſsitudinum, & de tota ratione apotherapeutica ſine diſtinctione præcepta dent.

XIII. capite oſtendit, ex priori doctrina de curatione ſimplicium, quomodo compoſitæ laſsitudines curandæ ſunt. Eſt autem in compoſitis ſeu complicatis affectibus tenenda hæc regula. Vt omnium quidem ratio habeatur, inprimis tamen & maximé curetur id quod maius eſt, magiſque vincit. Maius autem conſideratur dupliciter. Vno modo, vt viribus & dignitate maius: Altero modo, vt propria eſſentia. Exempli gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tia. Viribus ac dignitate maior ſemper eſt laſsitudo phlegmonoſa, quàm vlceroſa. Plus enim momenti habet ad debilitandam valetudinem. Verum nihilominus ratione eſſentiæ vtraque pauca vel magna eſſe poteſt.

Quod ſi itaq; ſecundum eſſentiam pares fuerint, certum eſt, quod phlegmonoſæ, vtpote dignitate præcellentis, maior habenda ſit cura quàm vlceroſæ. Si verò eſſentię æquales non fuerint, ac fortè quantum phlegmonoſa dignitate antecellit, tantum vlceroſa propria ſua eſſentia vincat, ita vt alterius dignitate, alterius verò eſſentia conſiderata, æqualiter pollentes exiſtant, manifeſtum eſt, quod ambabus pari cura ſit reſiſtendum, adhibitis remedijs cuiusq; proprijs.

CAPVT XIIII. & XV.

XIIII. capite docet Galenus, quomodo laſsitudines non ſolùm inter ſe, ſed etiam cum alijs multis corporis affectibus, cuiuſmodo ſunt, cutis denſitas, corporis laxitas, frigiditas, ſiccitas, humiditas quæ venerem, vigilias, triſtitiam, crapulam, cruditatem, aliaq; multa ſequi ſolent, componi poſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ni poſſunt, & Medicum monet, vt rationali & Hippocratica via complexionum multitudinem obſeruet, ſingulos ſimplices affectus notet, atq; ab ijs propriam indicationem ſumat, neq; ſe confundat coaceruatione Syndromarum, quod Empyrici faciunt.

XV capite, exempli cauſa proponit Galenus illum cutis affectum, per quem perſpiratio & excrementorum euacuatio prohibetur. Vocatur hic affectus στέγνωσις, acciditq; dupliciter, cutis meatibus vel obſtructis, vel denſatis. Obſtruuntur autem meatus à craſsis lentisq; excrementis, cum confertim ad cutem rapiuntur. Denſantur à rebus externis, tum aſtringentibus, tum refrigerantibus.

Verum in propoſito iam ſani adoleſcentis corpore, præſertim ſi ad præſcriptam rationem curetur, obſtructiones non facilè accidunt. Denſari autem facilè poteſt, ſi balneo vtatur aluminoſo, vel ſi poſtquam balneo vel ſudore laxata cutis eſt, vento vel auræ frigidæ obijciatur. Quod ſi fortè acciderit, ſigna ac notæ denſationis erunt ipſa cutis durities, denſitas, & albedo, quæ ſenſu deprehenditur, item, quod ſic affectus ægrè incaleſcat, & cum exercetur, difficilius ſudet, quodq; ſudor exercitatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ne fortè expreſſus & paucior ſit & frigidior. Hic etſi multa ſigna concurrunt, quorum concurſum συνδρομὴν Empyrici vocant, eumque anxiè obſeruant, vnus tamen reuera tantum eſt affectus ſeu cauſa, indicationem præbens, nempè frigiditas & cutis denſitas. Hanc Medicus rationalis à poſteriore ratione inuenit, atq; ab ea ſumpta indicatione, propria adhibet remedia & feliciter ſanat.

Eſt autem frigiditatis remedium calefactio, denſitatis rarefactio. Excitantur hæc, calefactio exercitatione valentiore, balneo calidiore: Rarefactio vnctione olei calidioris, tenuis ac digerentis, cuiuſmodi eſt oleum vetus, & oleum ſabinum, & noſtrum carmomelinum & anethinum, ex viridi Anetho confectum. Nam quod ex ſicco anetho paratur, etſi vehementius digerat, quia tamen immodicè etiam ſiccat, minus eſt vtile. Eſt enim Anethum arefactum calidum & ſiccum tertio ordine. Huiuſmodi autem immoderata ſiccitas, vt teſtatur Galenus lib. 8. Methodi cap. 2. cutis meatus denſare etiam ſolet.

CAPVT XVI. XVII. XVIII.

Quo-

Quomodo corrigantur affectus, qui à veneris, vigilijs, triſtitia, potu largiore in corporibus relinquuntur.

A venere, vigilijs, triſtitia, cura, ſollicitudine, potu ac cibo largiore corpus mutatur. Qui autem affectus ſuccedere ſoleant, & quæ his exercitatio & apotherapia conueniat tribus his vltimis capitibus Galenus docet.

Quod ad venerem attinet, communis Medicorum ſententia eſt, materiam ſeminalem ab omnibus corporis partibus deriuari, ac paulatim ex venis in teſtes colligi, inquibus perfectá ſeminis formá adipiſcitur, copioſum verò in eo ſpiritum contineri, à membris principalibus, corde, cerebro, & jecore influente, qui ſimul cum ipſo per venerem excernitur. In quibus igitur ſemen non admodum abundat, & qui vel propter ætatem, vel alia ratione imbecilliores ſunt, ijs ſi venere vtuntur, vnà cum ſemine plurimum ſpiritus & cum eo caloris natiui exhauriunt, quo deſtitutum iam corpus frigidius, ſiccius, rarius, imbecilliusq; euadit. In his affectibus inprimis conſiderandum eſt, qui affectus magis vincant, deinde cæteri negligendi non ſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Vincit autem hic virium imbecillitas, ab immodica ſubſtantiæ reſolutione proficiſcens. Huic igitur in primis occurrendum eſt, & corpus quod à venere factum eſt imbecillius, cibo eſt reficiendum ſed pauciore & humidiore, & moderatè calido. Pauciore, vt perfectè concoquatur, calido & humido, vt ſimul frigiditas & ſiccitas corrigatur. Quatenus etiam rarum eſt corpus, frictio adhibebitur præparatoria magis quam apotherapeutica, hoc eſt, quæ denſat magis, qnam quæ rarefacit, item balneum aquæ calidioris.

Quod ad vigilias ac triſtitiam attinet, author eſt Galenus lib. *2.* de Morb. cauſis cap. *4.* & in hoc loco cap. *16.* eſſe eos ſiccæ intemperici cauſas. Per vigilias enim ſpiritus diſperguntur ac diſsipantur, & humidior corporis ſubſtantia reſoluitur. Triſtitia autem, curæ ac ſollicitudines, vigiliarum ſunt cauſæ: atq; ita per accidens corpora ſiccant. Præthereà etiam per ſe idem efficiunt, dum ſpiritus intro reuocatos conculcant, abſumunt, atq; vna humidum ſubſtantificum depaſcunt.

Cùm itaq; ex his cauſis ſiccitas oriatur, eaq́; offendat maximè, humectationi maximè ſtudendum erit, conuenietq́; victus humidus,

midus, frictio mollis ex oleo multo, balneum temperatum, exercitatio tarda, crebra quiete interpoſita. Idq; ſi nulla ſubſit cruditas, quæ vigilias ſæpè comitari ſolet. Hæc enim ſi adſit, ab omni motu abſtinendum erit. Cauendum enim eſt ſemper, nè crudus ſuccus in corpus diſtribuatur. Hæc etiam cauſa eſt, cur vltimo capite huius libri Galenus tam anxiè præcipit, de veſpertina frictione, quæ fit à ſumpto prandio. Vult enim prandium eſſe tenue, & inter ipſum & cœnam longum interuallum intercedere, hominem quieſcere, vel admodum exigua ambulatione moueri, tantum vt per erectam agitationem cibus concuſſus ſubſidat: ac tandem frictionem cum oleo adhiberi, ita tamen vt venter non contingatur, ne fortè cibus, qui crudior in primis viſceribus adhuc eſt, fricantis manu propulſus, immaturè diſtribuatur.

Quod ſi humiditate nimia corpus laborat; quod accidere ſolet ab largiore potione, diuturna deſidia, aut immodico vſu cibi humectantis, cuiuſmodi ſunt fructus plurimi, & olera quæ acria non ſunt, conſilium omne ad exſiccationem dirigendum erit.

Sed diſcernenda eſt humiditas iam fixa,

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quæ ex longa deſidia, & diuturno vſu cibi humectantis contracta eſt, à recenti, quæ ex liberali potione facilè & citò contrahitur. Illa enim ſemel & confertim corrigi non poteſt, & ad morboſos affectus pertinet. Hęc exercitatione veloci, potione parciori, cibo ſicciore, frictione ſicca, etiam vnico die perſanatur.

FINIS LIBRI III.

AR-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

BONA pars ſanitatis tuendæ in exercitatione conſiſtit. Sequi autem exercitationem ſolent laſsitudines. Cùm itaque quæcunque ad exercitationem pertinent, ſecundo huius operis libro tradidiſſet, tertio deinceps libro, quomodo apotherapic laſsitudines vitandæ eſſent, quomodo etiam curandæ, ſi fortè incidiſſent, docuit. Cùm autem ſpontaneæ laſsitudines, quæ iam morboſorum magis quam ſanorum ſymptomata ſunt, magnam habeant cum prædictis laſsitudinibus ſimilitudinem, & futurorum morborum certa ſint ſigna, vt integram doctrinã traderet, Galenus & eam quoque partem ὑγιεινῆς, quæ in morborum præſeruatione conſiſtit, & προφυλακτικὴ propriè nominatur, attingeret, toto hoc quarto libro de laſsitudinibus ſpotaneis diſputat.

Sunt autem illæ, quæ nulla præeunte exer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

exercitatione, ab humorum vitio vel multitudine, corporibus accidere ſolent, de quibus etiam ſcribit Hippocrates Aphoriſ. 5. lib. 2. Laſsitudines ſpontaneæ morbos denunciant.

Quemadmodum autem laſsitudinum, quæ exercitationi ſuccedunt, tria genera ſtatuebat, quæ à triplicibus ſymptomatibus nominabat, vlceroſam, tenſiuam, & phlegmonoſam: Ita hic ſpontanearum quoq; laſsitudinum totidem facit genera, & ijſdē ſimiliter eadem ſymptomatum nomina imponit. Monet autem diligenter, vt ſymptomata tum ab affectibus, tum à cauſis affectus ipſos excitantibus, in ſingulis laſsitudinum generibus diſtinguamus, idq; agit cap. ſecundo.

Sequentibus deinde quatuordecim capitibus vſq; ad 17. quomodo vlceroſa laſsitudo, quæ ſponte incidit, & à malo ſucco oritur, curanda ſit docet. 17. cap. tenſiuæ laſsitudinis remedia oſtendit. 18. 19. & 20. cap. phlegmonoſæ laſsitudinis curationem præſcribit.

CAPVT I. & II.

PRimo capite rationem reddit Galenus, cur in Opere de ſanitate tuenda etiam de mor-

de morboſis laſsitudinibus tractet; cum ea materia magis ad θεραπευτικὴν pertineat. Cauſa autem hæc eſt, quod ſpontaneæ laſ-ſitudines magnam habeant ſimilitudinem cum alijs laſsitudinibus, quæ ſequuntur exercitationem. Præterea; quod futuros morbos & maximè febres denuncient. Pertinet autem ad artem ſanitatis tuendæ, futuros morbos propulſare.

Secundò capite laſsitudinum omnium ſpontanearum ſymptomata, affectus, & cauſas exponit atq; diſtinguit.

Vlceroſæ laſsitudinis ſymptoma eſt ſenſus ille moleſtus, talis omnino, ac ſi cutis, vel caro, vel vtrumq; acubus pungatur ac ſtimuletur. Affectus eſt ea, quæ à mordaci humore fit, in dictis modo ſenſibilibus partibus eroſio ſeu mordicatio. Cauſa verò cum duplex ſit, antecedens & præincipiens, hoc eſt, interna & externa, conſideranda eſt vtraq;. Interna vlceroſæ laſ-ſitudinis cauſa eſt, materia acris & mordax in corpore contenta. Sunt autem tum calida, tum putrida excrementa, tum etiam frigida, ſed tenuia omnia, vt in carnem & cutem diduci poſsint: Item facultas ipſa expultrix, materiam ipſam naturali quodam motu propellens. Cauſæ προκαταρκ-

λυγρὰ, ſunt mali ſucci alimenta, item motus animales, vt exercitatio, & ea quæ naturalem facultatem ad excrementorum expulſionem proritant, vt frictio, balneum, ſol, ira.

Vt enim vlceroſæ laſsitudinis ſenſus excitetur, non ſatis eſt acrem & mordacem illam materiam in corpore eſſe (Quamdiu enim ſanguini permixta in venis continetur, acrimonia eius à ſanguinis benignitate obtunditur) ſed neceſſe eſt in cutem ac carnem transferri. Vt autem motus tardus eſt aut celer, materia magis aut minus tenuis vel mordax, multa vel pauca, & corpus ipſum magis minuſúe ſenſile, ita modò inæqualitas tantum & laſsitudo, modò horror, modò rigor, interdum etiam febris excitatur.

Exempli gratia. Idem homo dum quieſcit, ſolam interdum inæqualitatem ſeu laſsitudinem ſentit, dum paululum mouetur, horrorem, dum vehementius exercitatur, rigorem. Vnde vniuerſale illud Theorema Galenus colligit, omnem dolorificam cauſam motam, moleſtiorem eſſe ſeipſa quieſcente. Vide Galenum cap. 5. lib. 5. de Sympt. & morbor. differentijs & cauſis.

Tenſi-

Tenſiuæ laſsitudinis ſymptoma, eſt dolor ille tenſiuus qui ſentitur. Affectus eſt ſenſibilium partium, venarum, arteriarum, carnis, cutis, maximè verò fibrarum, quæ in muſculis reperiuntur, & membranarum muſculos tegentium tenſio. Cauſa interna eſt plethora, id eſt, boni ſanguinis copia immodica, ſiue ad vaſa ea fuerit, ſiue ad vires. Cauſæ externæ ſeu προκαταρκτικαὶ ſunt ea omnia, quæ plethoram in corporibus efficiunt, vt cibus & potus boni ſucci & benè nutriens plenior, item quies moderata, ſomnus, &c.

Phlegmonoſa laſsitudo, quæ ſpontè naſcitur, ex vlceroſa & tenſiua compoſita eſt. Quare & ſymptoma, & affectus, & cauſa, compoſita ſunt. Symptoma eſt magnus dolor, ſimul tenſiuus & punctorius, & quaſi plegmones cuiuſdam ſenſus, vniuerſam corporis molem occupantis, cum tumore carnium & calore manifeſto. Affectus, eſt partium, quæ in habitu ſunt, tum tenſio tum mordicatio. Cauſæ internæ, ſuccorum plenitudo & vitioſitas. Horum porrò cauſa interna eſt ipſa corporis intemperies, ſimiles ſibi ſuccos ſemper progenerans. Externæ plenitudinis cauſæ ſunt, victus plenior, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

modo dictum eſt, cacochymiæ, victus prauus, vel prauè adminiſtratus, & alia, de quibus paulò pòſt dicetur.

CAPVT III.

Quæ ſint generalia curationis capita in laſsitudine vlceroſa.

CVratio omnis præſentem corporis ſtatum immutat. Quare non niſi contrarijs perficitur. Illud autem cui contraria opponuntur, eſt affectus & cauſa affectus, ſi ea præſens adhuc eſt. Cùm igitur vlceroſæ laſsitudinis & affectus cauſa ſit, vt iam demonſtratum eſt, materia praua, acris, & mordax, in carne vel cute conſiſtens, ab ea auſpicanda curatio eſt. Ac primo illud conſiderandum eſt, an eiuſmodi ſit materia, quæ alteratione & concoctione in benignum conuerti poſsit vel non. Quod ſi alterari & concoqui à natura poſsit, contrarium eius remedium erit alteratio & concoctio: Si non poſsit, contrarium eius remedium erit euacuatio.

Vt autem commodè fiat vitioſi humoris expurgatio, ſedes ſeu regiones conſiderandæ ſunt, vt lib. *1.* cap. *19.* etiam monuimus. Aliter enim euacuantur. quæ in cor-

poris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

poris ſuperficie ſub ipſa cute hærent, aliter quæ in corporis profundo latent. Prauorum itaque humorum, qui concoctionem non recipiunt, communis eſt euacuatio. Verum ſingulis, prout vel in ſuperficie, vel in profundo conſiſtunt, particularis quædam euacuatio opponitur.

CAPVT IIII.

Quibus notis Cacochymia, quæ intra venas eſt cognoſcatur.

CORporis humani vita & ſanitas, trium facultatum, animalis, vitalis, & naturalis gubernatione continetur. Quarum ſingularum facultas & imbecillitas ex proprijs cuiusq; actionibus exploratur & cognoſcitur,

Sunt autem animalis facultatis propriæ actiones, ſenſus, motus voluntarius, ratiocinatio, & reliquæ mentis actiones. Vitalis, cordis & arteriarum pulſus. Naturalis, alimenti concoctiones. Hæ triplices ſunt, vna quæ in ventriculo fit & inteſtinis. Altera quæ in epate & venis. Tertia quæ in ſingulis corporis partibus.

Cognoſcuntur autem non immediatè per ſe, ſed per excrementa, quæ inter con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

coquendum natura ab vtili ſucco ſegregat, atq; è corpore per proprios meatus expellit.

Ventriculi igitur & inteſtinorum, item venarum meſaraicarum, & caui epatis concoctio, ex fæcibus, quæ per aluum excernuntur, propriè cognoſcitur.

Conuexi epatis, magnæ venæ & arteriæ concoctiones ex vrinis deprehenduntur.

Eam verò quæ in cute & carne, & vniuerſo corporis habitu fit, oſtendunt ſudores, & ea quæ paulò pòſt cap. *6.* & *7.* huius libri à Galeno traduntur.

Cùm igitur vrina nihil aliud ſit, quam ſeroſa quædam humiditas ſanguini permixta, nullius planè vſus, niſi quod ſanguis tali ſero contemperatus, facilius per omnes partes diſtribuitur, cum propria renum facultate à ſanguine ſegregatur, fit vt naturam eius vnde ſegregata eſt, etiam referat. A bilioſo enim ſanguine bilioſum quoq; ſerum ſegregatur. A pituitoſo, pituitoſum. A crudo, crudum. Id autem eſt album, tenuè & aquoſum. Spectantur autem in vrina potiſsimum hæc tria, conſiſtentia, color, & contenta, quæ in ea pendent vel ſidunt. Verum de his plura cap. *6.*

Præter vrinam alia quatuor genera Galenus hoc capite recenſet, quibus cacochymia, quæ in venis eſt, cognoſcitur.

I. Eſt victus prauus, ex quo malus ſuccus generatur.

II Eſt corporis intemperies, quæ etiam ex bono alimento malum ſuccum generat.

III. Naturalis expurgatio impedita.

IV. Purgationes, quæ arte fieri ſolent, intermiſſæ.

Succum in tota hac diſputatione appellamus maſſam illam ſanguinariam, quæ in venis continetur & ex qua tandem corpus nutritur, permixta ex quatuor humoribus, ſanguine, pituita & vtraq; bile. Vulgò ſanguis hic ſuccus appellatur, propterea quod ſanguis propriè dictus reliquos humores in mixtione ſuperet.

Malum ſuccum dicimus, qui à bono ac temperato notabili atque euidenti vitio recedit, qui videlicet quatuor humorum, ſanguinis, pituitæ, & vtriuſq; bilis proportionem non ſeruat: Vel qui noxias aliquas qualitates contraxit, vt eſt is, qui immodicè eſt calidus, vel frigidus, item ſiccus, acidus, ſalſus, amarus, acris, tenuis, ſeroſus, pinguis, craſſus, viſcoſus, crudus eſt. Qui ſucci, quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tum ad morborum procreationem vim habeant, docet Galenus initio libri de Euchymia & Cacochymia, qui liber veluti ſumma quædam eſt eorum, quæ tribus libris de alimentis, & alijs locis ſparſim de ciborum differentijs à Galeno traduntur, ideoq; vtilis admodum & dignus, qui ab omnibus diligenter legatur, qui aliquam ſuæ valetudinis rationem habent.

Cauſæ malum ſuccum generantes, ſunt primum ipſa alimenta quibus vtimur. Etſi enim alimenta à corpore propriè alterantur ac demutantur, diuturnus tamen eorum vſus facit, vt corpus etiam ab alimentis mutetur: quemadmodum prolixè id Galenus docet, lib. *6.* de morborum & ſymptomatum differentijs, cap. *5.* Quæ autem ciborum genera bonum aut malum ſuccum proprie generent, lege Galenum de Euchymia & Cacochymia.

Præter victum altera cacochymiæ cauſa eſt, corporis intemperies, & aër. Similes enim ſibi ſuccos ſemper generant, frigidior ac pituitoſior natura frigidiores ac pituitoſiores, calidior & bilioſior calidiores ac bilioſiores.

Porrò malorum ſuccorum, exceptis crudis qui concoqui debent, non aliud remedi-

medium eſt quam purgatio. Purgantur autem ſecundum regiones. Si in ventriculo aut ſub epatis cauo continentur, per deiectionem & vomitum. Si in maioribus vaſis, per vrinas, menſtruas purgationes, hemorroides. Si in corporis habitu, per ſudores, idq; vel proprio naturæ motu, vel arte per medicamenta purgantia. Quod ſi diutius in corpore immorentur, neq; vel natura vel arte purgentur, cauſæ ſunt infinitorum morborum, febrium, & omnium eorum quæ in cute naſcuntur, cuius generis ſpecies ſunt, ſcabies, lepra, vitiligo, pruritus, herpes, & totum genus exanthematum. Ex quibus morbis non ſolùm iam cacochymiam, ſed certum etiam cacochymiæ genus deprehendimus.

CAPVT V.

Quomodo malo ſucco expurgando remedia accommodanda ſint, mediocria vel vehementia, pro modo & proportione.

QVibus ſignis malum ſuccum, qui in venis eſt, artificioſa coniectura deprehendamus, ſuperiori capite explicauit Galenus: nunc deinceps curationem attexit. Ac primum agit de eo malo ſucco, qui exi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

guus eſt, & circa cutem tantum conſiſtit. Deinde de eo, qui paulo altius in carne hæret, qui omnes leuioribus remedijs facilè cedunt. Poſtremò autem de eo, qui ſanguinem vniuerſum contaminauit, & qui altius, etiam in ipſis viſceribus inſedit, quique non niſi valentibus remedijs expurgatur.

Clarioris autem doctrinæ cauſa exemplis vtitur huiuſmodi. Primum, juuenis quidam boni ſucci, & ſalubri ſemper ratione victus, iter fecit. Interea, vt ſæpè fit, cibo & potu mali ſucci vſus eſt, ita tamen moderatè, vt in cruditates nullas inciderit, exercitationis & lauationis vſum intermiſit, à prandio vel toto etiam die curru vectus eſt, parum dormiuit. Hunc certè veriſimile eſt mali ſucci nonnihil congeſsiſſe, verum ita exiguum, vt ſola exercitatione & ἀποθεραπεία, qualis lib. 3. cap. 8. præſcripta eſt, vel vna hora curari poſsit.

Quod ſi idem cruditatibus etiam ſæpè laborauerit, & vlceroſam laſsitudinem in habitu ſentiat, coniectura eſt, non ſolùm circa cutem, ſed paulo profundius etiam tum malum tum crudum ſuccum inſidere. Eſtq; iam duplex in curatione ſcopus, Vnus, vt quod crudum eſt, concoquatur, alter, vt

quod

quod malignum eſt, per cutem expurgetur. Vtrumq; perficietur commodè, ſi quies, ſomnus, abſtinentia per integrum diem ei imperetur. Hæc enim crudorum humorũ concoctionem juuant. Veſperi vngetur ſatis pinguiter, & lauabitur balneo temperato. Hæc enim habitum relaxant, & malum ſuccum diſcutiunt. Poſteà ſorbitiunculam ſumet boni ſucci, lac etiam ſed minimum, ne largius alimentum nouæ cruditatis occaſionem præbeat. Vinum bibet: id enim ſemicrudos humores magis quam aliud quiduis concoquit, ſudorem & vrinam promouet, & ſomnum conciliat. Ad hanc autem curationem ſufficiet dies vnus.

Quod ſi tam citò his remedijs malum non ceſſerit, & in poſterum etiam diem perdurat, & grauiora ſymptomata acciderint, vt laſsitudo maior, cibi faſtidium, ſomni turbulenti & imaginationibus inquieti, coniectura eſt, profundius etiam iam venas & viſcera malum ſuccum occupaſſe. Valentiora igitur etiam remedia adhibenda ſunt, nimirum phlebotomia, vel medicamentum purgans, vel potius vtrumq;. In his autem adminiſtrandis primum virium habenda eſt ratio. Si vires ſunt imbecillæ

nequa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

nequaquam ſanguis mittendus eſt. Hæc enim euacuatio omnium maximè vires proſternit. Eius autem loco propinabitur medicamentum purgans, ex eorum genere, quæ mediocria ſunt, quæ lenitiua vulgò nominant, non ἐλατήρια agitatoria, quibus etiam non mediocriter vires debilitantur. Si autem vires probè conſtiterint, conſiderandum eſt, an malus ſuccus, de quo nunc agitur, coniunctus ſit cum ſanguinis copia, an cum crudis humoribus, an verò per ſe ſolus ſubſiſtat. Si cum ſanguinis copia, ante omnia ſecanda vena eſt, vel quod vicem eius ſupplet, mouendi menſes ſunt, aut hemorroides, vel ſaltem malleoli pedum ſcarificandi. Poſt ſanguinis detractionem molienda vitioſi ſucci purgatio eſt, medicamento cathartico, humori peccanti accommodato. Si per ſe ſubſiſtat cacochymia, ſola purgatio conuenit. Si cum crudis humoribus, nec phlebomiæ nec purgationi locus erit, vt 7. cap. & ſequentibus latius explicabitur.

CAPVT VI. & VII.

Quibus notis mali ſucci ſint diſcernendi.

Cum

CVM multæ ſint mali ſucci differentiæ, in omni purgatione artificioſa coniectura & exacta diſtinctione opus eſt, vt talia purgemus, qualia oportet. Cuius purgationis hæc ſunt commoda, quod & leuationem adferat, & quod moleſta non ſit. Quæ talia educit qualia non oportet, hoc eſt, ſuccos corporis non peccantes, ea nec confert, nec ſine magna moleſtia perficitur, quemadmodum id docet Hippocrates Aphoriſ. 2. lib. 1. In quo etiam conſulit, vt naturales purgationes & ſpontaneas, quæ & conferre & benè tolerari ſolent, prius conſideremus, quam arte & medicamentis aliquam ipſi purgationem moliamur.

Vult etiam in fine eiuſdem aphoriſmi, vt ad humoris peccantis dignotionem quatuor hæc conſideremus. I. Regionem in qua verſamur. II. Præſens anni tempus. III. Ætatem, qua maximè & temperamentum & humores mutari ſolent, IIII. Morbi genus. Certi enim morbi à certa humoris ſpecie dependent.

Galenus hoc 6. & 7. capite huius libri notas, quibus malus ſuccus diſcernitur, ſumit ab ijſdem illis generibus, quæ commemorata ſunt paulò antè cap. 4. Verum in

victu

victu non alimenta ſolùm, ſed etiam exercitationes, ſomni, vigiliæ, animi παθήματα conſiderantur.

Poſſunt autem vniuerſa ſigna, ex quibus de ſuccis coniectura ſumitur, in duo genera commodè diſtribui, vt vnum ſit eorum, quæ cauſæ rationem obtinent, & à priori ſignificant: alterum eorum, quæ tanquam affectus à poſteriori ſuccorum vitia arguunt.

Prioris generis eſt temperamentum natiuum, quod quibus notis cognoſcendum ſit, lib. 1. explicauimus, item cauſæ mutantes temperamentum, in quibus primum locum tenet ætas, deinde conſuetudo. Appellamus autem conſuetudinem vſum rerum, quas non naturales appellant, aëris, exercitationis, cibi, potus, ſomni, vigiliæ, euacuationis, repletionis, animi pathematum. Hæc enim omnia in mutando temperamento, cui etiam ferè humores reſpondent, magnam vim habent.

Aër calidus & ſiccus, calida & ſicca & biliosa corpora reddit. Frigidus, frigida & pituitoſa. Vt autem aëris naturam rectè cognoſcamus conſideranda eſt χώρα, regio, locorum ſitus, montes, venti, paludes, flumina, anni tempus, & cæl ſtatus.

Vide

Vide Hippocratem in libro de aqua & aëre.

Quod ad exercitationem & ocium attinet, affirmat hic in textu Galenus, eos qui in ocio degunt pituitoſum ſuccum multum coaceruare: qui verò laboribus exercentur, bilioſum vel melancholicum, bilioſum æſtate, melancholicum autumno. Et eo tenuiores eſſe ſuccos, quo minus in exercitatione ſudatur, craſsiores verò, quo ſudores inter exercitandum ſunt copioſiores.

Quod ad alimenta attinet, cognoſcendum eſt in primis, quæ alimenta boni, quæ mali ſint ſucci, item quæ acrem ac tenuem, quæ rurſus craſſum & viſcoſum ſuccum pariant, quæ abundè docentur à Galeno in libro de alimentis, item de εὐχυμία, & à Paulo Ægineta lib. 1. cap. 73. & ſequentibus.

Somni & vigiliæ hæc natura eſt. Multus ſomnus corpora humectat ac refrigerat: Vigiliæ ſiccant, & ſi immodicæ fuerint, etiam refrigerant, & cauſæ ſunt crudorum humorum.

Animi παθήματα quantum in mutandis corporis ſuccis valeant, oſtendit Galenus lib. 1. cap. 11. cum inquit. Omnes animi motus, ſi modum nimium exceſſerint bilioſum

ſum corpus efficere: Si intra modum ſubſtiterint, frigidum & pituitoſum.

Alterum ſignorum genus, ex quo coniectura de ſuccis ſumitur, ſunt ipſa corporis ſymptomata, quæ temperamentum & ſuccos ſequuntur. In hoc genere continentur etiam morbi, qui ex malo ſucco ortum habent, & eius ſpeciem etiam arguunt, item qualitates corporis; vt cutis color, caliditas, frigiditas, ſiccitas, humiditas, & inprimis excrementa. Propriè autem vrina; cum venarum excrementum ſit, venarum cacochymiam oſtendit.

Sudor cum habitus corporis excrementum ſit, carnis, cutis & reliquarum partium, quæ in habitu ſunt, vitia prodit. Idem faciunt exanthemata, abſceſſus, vlcera. Quanquam & ex vrina de ſuccis, qui extra venas ſunt, & ex ſudoribus, vlceribus, abceſſibus, & puſtulis, de ijs quæ in venis ſunt, ſæpè etiam iudicamus, ſed coniectura obſcuriori & longius petita.

In morbis dijudicandis, & futura ſolutione prædicenda, multus vſus eſt vrinæ. Sed hîc non de ægrorum vrinis diſputatio eſt, ſed eorum, qui in latitudine ſanitatis verſantur. Optima & perfectè concocta vrina qualis ſit, dictum eſt lib. 2. cap. 4. quæ vide-

videlicet eſt colore ſubaureo, ſubſtantia nec tenui nec craſſa, ſed mediocri, cum hypoſtaſi alba, leui, æquali, id eſt, vndiquaq; ſibi ſimili. Quæ ab hoc manifeſto diſcrimine præter naturam recedit, vitioſa eſt. Præter naturam dico, nam ratione ætatis, ſexus, anni temporis, cibi & potus, aliarumq; cauſarum, vrinæ mutantur, & plerumq; ab optima illa recedunt, quæ tamen idcircò vitioſæ non ſunt, cum ſint ſecundum naturam.

Cruda in ſummo eſt, quæ latiſsimè recedit, vrina aquoſa, quæ ſcilicet conſiſtentia tenuis eſt, colore alba, & ſine vllis contentis in ea pendentibus vel ſubſidentibus.

Quæ hanc ſequitur, paululum modo craſsior & pallidior, & cum aliquo ſedimine vel ſaltem nubecula, initium concoctionis arguit.

Quando autem Galenus turbidarum vrinarum propriè meminit, ſciendum eſt, craſſas vrinas ſemper eſſe ſigna humorum, aliquo modo replentium non modò venas, ſed & primam regionem, ventriculum, inteſtina, cauum epatis. Eſſe porrò duplices craſſas, pellucidas & turbidas. Craſſæ pellucidæ alicuius craſsioris humoris ſolutionem ſignificant, vt pituitæ vitreæ, ſi

alba ſimul fuerit, vel bilis vitellinæ, ſi ſimul rufa admodum fuerit. Craſſæ turbidæ, jumentorum vrinæ ſimilis, humorum crudorum multitudinem & confuſionem, & naturæ in ſegregando laborem oſtendunt. Differunt autem, prout citò vel tardè turbantur, vel citò aut tardè ſubſidunt, & prout bona vel mala ſunt, quæ ſubſidunt.

Optima in his eſt, quæ ſimul atque mingitur, turbida eſt & protinus ſubſidit, & in qua id quod ſubſidit eſt album, leue & æquale. Hæc enim viciſſe iam naturam, parumque cruditatis & confuſionis ſupereſſe oſtendit.

Secundo loco poſt hanc laudatur, quæ clara quidem mingitur, ſed non ita multo poſt turbatur ac ſubſidit. Hæc enim non iam viciſſe naturam, ſed concoctionem aggredi ac perficere ſignificat. Quæ multò poſt turbari incipit, & tardius ſubſidit, nec ita protinus aggreſſuram naturam concoctioné, neque ita cito perfecturam oſtendit.

Peſsima eſt, quæ ſemper turbida ſui ſimilis manet, aut quæ tardè ſubſidit, & ſedimen habet malum. Magnam enim crudæ materiæ copiam, & naturam imbecillem, quæ opem ſibi ferri poſtulet, ſignificat.

Verum hæc de vrinis dicta ſufficiant, modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

modo illud conſtet, vrinam propriam eſſe notam humorum, qui in venis prædominantur. Alba & mucoſa vrina, pituitæ copiam: Rufa, bilis: Rubra, tum ſanguinis tum bilis abundantiam oſtendit: Cærulea & æruginoſa bilioſi humoris aduſtionem notat. Plura ad hunc locum accommodata ſcribuntur paſsim à Galeno, maximè lib. 1. de criſibus, cap. 12. item lib. 2. præſagiorum, item Aphoriſ. 69. & ſequentibus, ſectionis quartæ. Et extat Montani liber de vrinis admodum vtilis,

Sudores eorũ quæ in habitu ſunt naturã referunt. Sumuntur autem ſudorũ differentię à copia, odore, colore, ſapore. Magna ſudorũ copia ſeroſorũ humorũ multitudinẽ, vel corporis immodicã raritatẽ oſtẽdũt.

Fœtidus ſudor putredinem humorum ſignificat. Qui flauus eſt, flauæ bilis copiam arguit. Salſus pituitã ex putredine ſalſam oſtendit. Amarus à bile amara ortum habet. Acidus acidam pituitam arguit.

Præter ſudores & exanthemata, de quibus modo dictũ eſt, ſuccorũ, qui in habitu ſunt, ſignificationẽ etiã præbent. Itẽ corporis color, & qualitates, quæ manifeſtè toto corpore ſentiũtur. Qui calidis humorib. abũdant, toto corpore magis calẽt, quẽadmodũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

qui frigidis, toto corpore frigus ferè & horrorem ſentiunt.

Quod ad colorem attinet, affirmat hoc ſeptimo capite Galenus, certam & infallibilem eſſe de humoribus coniecturam, quæ à colore ſumitur. Coloris enim cauſam eſſe humores per corpus diſperſos, non partes ipſas ſolidiores. Sed adhiberi vult cautionem, nè tum ex colore judicium faciamus, cum à cauſa aliqua externa, calore, frigore, exercitatione, &c. color mutatus eſt.

Cauendum etiam eſt, ne tum ex colore judicemus, cum ob aliquem animi affectum, ſanguis & ſpiritus præter naturam immodicè intro vel extra rapiuntur. Quod quomodo fiat, vide Galenum lib. 2. de Symptomatum cauſis, cap. 5.

Porrò colores omnes ad vnum optimum ac temperatiſsimũ examinandi ſunt. Is autem eſt, quem vulgò roſeum, quidam incarnatum vocant. Apparet is in ijs, qui natura albiores ſunt, cum balneis egrediuntur. Ad hunc collatus qui flauus eſt, vel pallidus ad flauum accedens, bilem copioſiorem arguit. Ruber, ſanguinis copiam oſtendit: Ruber ad nigrum tendens, ſanguinem feruentiorem. Nigrum colorem

rem

rem atra bilis generat: Album pituita: Liuidum ſeu plumbeum, vel medium inter album ac liuidum, crudus ſuccus.

Vult enim hîc Galenus crudum humorem eſſe de genere pituitæ, propterea quod qualitatibus ſuis proximè ad pituitam accedat. Eſt enim frigidus & humidus, ſed differt à pituita, quod nec naturalis humor ſit, nec ita humidus vt pituita, prætereà nec lentus ita aut craſſus. Primum enim tenuis, liquidus & aquoſus eſt, ſi verò diutius maneat in corpore crudus, paulatim vi caloris craſceſsit, ac primum muci, deinde liquati vitri, poſtremò etiam tophi ac lapidis naturam induit. Vnde & varia nomina ſortitur. Nam & mucilaginoſam, & vitream, & gyſepam pituitam nominant.

Etſi autem crudorum ac pituitoſorum humorum multæ ſunt differentiæ, ac variæ appellationes, illud tamen omnibus commune eſt, quod à natura non perfectè ſint elaborati atq; concocti, præſertim ſi cum ſanguine conferantur. Vnde & Auicenna pituitam appellauit ſanguinem diminutè coctum, cui hîc ſuffragari videtur Galenus, cum ſanguinem inter humores medium ſtatuit. Humores verò peccantes cum ſanguine conferens, in duo ſumma genera di-

ſtribuit, in eos videlicet qui ſanguine minus ſunt cocti, & in eos, qui ſanguine magis cocti & quaſi aſſati ſunt. Illos promiſcuè tum pituitoſos tum crudos appellat, hos verò vno nomine bilioſos. Ac monet obſeruandam eſſe in vtriſque eam, quæ ſecundum magis & minus eſt, differentiam. Alij enim parum, alij multum, alij plurimum à ſanguinis natura recedunt.

CAPVT VIII. & IX.

Quæ curatio crudis, quæ bilioſis conueniat. Et quomodo vtrorumq; habenda ſit ratio, ſi coniungatur vtrumq; in eodem corpore.

EXplicatis notis vitioſorum humorum, iiſq; in duo genera diſtributis, in crudos videlicet & bilioſos, deinceps nunc rationem Galenus exponit, qua ſingulos tractari conueniat. Cumq; duo præcipua ſint euacuationum genera, ſanguinis miſsio & purgatio, primũ à ſanguinis miſsione omnino abſtinendum eſſe docet, cum peccantes humores à ſanguinis natura plurimum receſſerunt, ſiue infra ſiue ſupra ſubſiſtant, id eſt, ſiue valdè crudi, ſiue valdè bilioſi fuerint. Eſtque eadem Auicennæ quoque ſententia, qui Phen, quarta primi, in capi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

te de phlebotomia ita ſcribit. Et caue nè ægrum ad alterum duorum perducas, humorum cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem,. Cruda enim poſt ſanguinis detractionem minus concoquuntur, corpore iam refrigerato, & concoquendi facultate diminuta. Bilioſi verò magis efferueſcunt ſanguine ſublato, quem choleræ frenum rectè appellant.

Quantitas quoq; ſpectanda eſt, tum ſanguinis, tum vitioſi humoris peccantis. Nam ſi ſanguis quantitate paucus fuerit, vitioſus autem humor plurimus, etiamſi non ita multum à ſanguinis natura receſſerit, ſanguinis miſsione abſtinendum erit.

Quod ſi verò humores à ſanguinis natura non multum receſſerint, vel ſanguinis multum, vitioſi verò humoris exiguum fuerit, intrepidè primum ſanguis mittendus eſt: poſteà medicamento aliquo corpus purgandum, pro ipſius vitioſi humoris tum quantitate tum qualitate.

Sola enim venæ ſectio proprium remedium eſt plenitudinis, cum ipſa ſola per ſe citra vllum humoris vitium ſubſiſtit. Cacochymiæ verò per ſe ſubſiſtentis, propriũ remediũ eſt ſola purgatio. Vbi verò plenitudo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cum cacochymia permixta ac implicata eſt, mixta quoq; remedia eſſe debent, nimirum, venæ ſectio & purgatio. Verum ſi cacochymiam plenitudo vicerit, largior conuenit ſanguinis detractio, purgatio parcior: Et contra, ſi cacochymia plenitudinem vicerit, purgatio largior, ſanguinis miſsio parcior, & per interualla potius facta, quam ſemel affatim.

Si æquales fuerint cacochymia & plenitudo, æqualia quoq; erunt remedia, eo tamen obſeruato, vt quæcunq; ſit vtriuſq; affectus inter ſe proportio, ſemper à ſanguinis miſsionæ initium fiat, vt ſine qua purgatio commodè & tutò fieri nequeat. Plenitudo enim purgationes impedit, quia obſtruit corporis meatus, quos apertos eſſe oportet, dum corpus purgatur, juxta doctrinam Aphoriſ. 9. lib. 2. Corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere.

Verum ſi quis à ſanguinis miſsione abhorreat, reliquum eſt vt largior ei purgatio adminiſtretur, quæ ſit phlebotomiæ vicaria, præſertim ſi cacochymia plenitudinem vicerit. Sed hæc largior purgatio, ſi magnũ periculum non impendeat, leuis potius ſit quam vehemens, & quod vehementiæ deeſt, id iteratione compenſetur, vt tribus

bus aut quatuor vicibus euacuetur, quod valido medicamento affatim ſemel euacuari poterat.

Conſtituta ſumma ac generali methodo, quomodo crudi humores concoquendi, vitioſi medicamentis purgandi, multi ante omnia ſanguinis miſsione euacuandi ſint, item quomodo mixtis affectibus mixta remedia conueniant, deinceps nunc particularibus aliquot exemplis Methodum illam Galenus exercet.

Primum itaq; in fine capitis octaui proponit hominem, qui ex commemoratis paulò antè ſignis, in venis quidem videatur habere multos humores, non penitus incoctos, ſed ſemicrudos, neq; ita multum à ſanguinis natura recedentes: in habitu verò corporis multos etiam, ſed mordaces & acres, vlceroſam laſsitudinem excitantes: prætereà & ſanguinis copiam aliquam (auctus enim illi quodammodo & ſanguis eſt) Hunc hominem ſic tractat Galenus.

Primo ſtatim die ſanguinem detrahit. Id enim fieri debere indicat copia. Deinde corpus medicamento purgat, ratione humoris vitioſi. Si ſanguinis miſsionem homo auerſetur, purgationem auget: Si neutrum admittit, alia via, ſed non ita com-

pendiaria ac facili, ad ſcopum contendit, eoq́; conſilium omne dirigit, vt quæ in venis ſemicruda ſunt & ſanguine inferiora, concoquantur, quæ verò in habitu ſunt, acria, mordacia & ſanguine poſteriora, euacuentur: Omnes deniq́; humores quantitate peccantes ad mediocritatẽ redigantur.

In ocio igitur & abſtinentia hominem continet, blandius vnctum, & ſuaui balneo lotum, jeiunum adhuc dormire ſinit. Nihil enim, inquit, eſt, quod æquè tum crudos ſuccos concoquat, tum vitioſos per habitum digerat, quam ſomnus à balneo. Ad ſomnum verò conciliandum non mediocriter conducit balneum. Totum enim corpus humectat, & cerebrum ſuaui quodam vapore ceu rore perfundit.

A balneo non poſſe dormire, aut turbulentè dormire, malum tum ſignum tum cauſa eſt. Significat enim calidos & mordaces vapores ad cerebrum efferri, qui vigilias inducere ſolent, quemadmodum frigidi ſucci ſomnos longiores. Vigilię autem cauſa ſunt, cùr cruda minus concoquãtur & vitioſa minus digerãtur, hoc eſt, euacuẽtur.

Quod ad victum attinet, poſt balneum & ſomnum cibum exhibet, qui quantitate ſit paucus, qualitate verò non admodum nutri-

nutriens boni ſucci, attenuans tamen & abſtergens. Plenior victus non conuenit propter cruditatem & plenitudinem. Etſi enim vterq; affectus hîc mediocris ſit, detractionem tamen potius quam adiectionem indicat. Verum omnino non nutrire noxiũ eſt. Nam ventriculum lædit, faſtidium mouet, vitioſum ſuccum auget, & vires deijcit.

Pauca igitur offerenda ſunt, & modicè nutrientia, quæq; attenuandi & abſtergendi craſsi lentiq; ſucci facultatẽ habeant, malũ tamen ſuccum non generent: Cuiuſmodi in primis ſunt, ptiſanæ cremor, halica cũ porro & aceto præparata, panis triticeus, qui furfures modicè habet cõmixtos, in clibano coctus, benè ſubactus & fermentatus. In oleribus conuenit ſola lactuca. In piſciũ genere, ſaxatiles. In carnibus, aues minores & montanæ. In potu, vinum albũ tenuè, ὀξύμελι, ἀπόμελι, mulſa: In condimentis, piper, zinziber. Diuretica valdè acria & calida, quæ ſanguinem non extenuant ſolùm, ſed etiam fundũt & liquant, de quibus Galenus lib. 5. ſimpl. cap. 13. vitanda ſunt. Quod enim inquit Galenus, concoquendũ adhuc eſt, ei tanta vexatio non conuenit. De ſingulis iam commemoratis ordine nunc dicendum eſt, indicatis proprijs locis, in quibus de ijs tractatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Ptiſanæ facultates explicantur hic à Galeno, quod modicè nutriat, quod nuſquam in anguſtis meatibus hæreat, ſed ipſos facilè permeet, ac ſimul detergat, craſſosq́; humores diſſoluat ac diſſecet. Plura de ptiſana vide apud Hippocratem lib. *1.* de ratione victus in morbis acutis, cap. de ptiſana, in textu, & Galeni commentario.

Eſt autem ptiſana ſorbitiuncula quædam eſculenta, ex hordeo præparata ad hunc modum. Hordeum maceratur in aqua dum tumeat, poſteà ſole ſiccatur, ſiccatum in pila ligneo & lato piſtillo leuiter contunditur, dum corticem deponat, diciturq́; tum propriè πτισάνη. πτίσσειν enim tundere & decorticare ſignificat. Coquitur poſteà lento igne dum crepet, & ſucculentum euadat, idq́; in aquæ partibus quindecim, vt vult Paulus Ægineta lib. *1.* cap. *78.* Poſtremò contritum & agitatum colatur, vt pulticula exiſtat mediocriter liquida, vocaturq́; ptiſana colata: Eaq́; vtimur ſola, cum tenuem victum inſtituimus: cum paulò plenius nutrimus, ptiſana vtimur tota, id eſt, non colata. Vide Galenum libro proprio de ptiſana, & lib. *1.* de alimentis, capite de hordeo: item libro de euchymia & cacochymia.

Halica,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Halica, Græcè χόνδρος, interpres Linacer far etiam vertit, frumenti genus eſt, quod tamen pleriq; à farre diuerſum eſſe volunt. Hieronymus Bock numerat inter genera ſpeltæ zeæ. Nos certè pro halica ſpelta vel tritico vtimur, vel pane ex ijs parato, & quia non minus hęc glutinoſa ſunt, quam Galeni χόνδρος ſeu halica, non incōmode porri & anethi aliquid ijs addere poſſemus, Galeni exemplo, qui halicam libro de euchymia & cacochymia, & hoc loco, affirmat eſſe boni ſucci, & κακοχυμίας ἐπικεράστικον, ſed potentius nutrire, & lentoris cuiuſdam participem eſſe, quo & jecur & renes facilè obſtruit, ideo addit ei porrum & anethum, quæ quod in ipſo glutinoſum eſt, incidant. Pulticulam quæ ex halica paratur, Galenus interdum appellat χονδροπτισάνην: ſæpius autem eodem nomine quo frumenctū ipſum, χόνδρον, eodemq; modo vſurpatur Latinis nomen halica, pro frumento & ſorbitiuncula, quæ ex halica paratur.

Panis differetniæ ſumuntur à materia ſeu frumento, ex quo conficitur, & coquendi modo, de quibus lege cap. 9. lib. 1. de alimentis. In præſenti hypotheſi, vbi mediocris nutritio, & glutinoſi humoris inciſio &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſio & abſterſio requiritur, laudatur medius Panis, cui ſcilicet mediocriter furfures admixti ſunt. Appellatur autem huiuſmodi μέσος αὐτόπυρος, συγκόμιστος, συγκομιστικός. Nutrit autem mediocriter, & habet abſtergendi etiam aliquam facultatem. Qui hoc purior eſt, magisq́; nutrit, σεμιδαλίτης. Omnium puriſsimus maximèq́; nutriens, ſed maximè etiam obſtruens, σιλιγνίτης. Qui verò medio impurior eſt, minuſq́; nutriens, ſed magis abſtergens, ῥυπαρὸς nominatur. Omnium impuriſsimus ac minimè nutriens, πιτυρίας, id eſt, furfuraceus.

In coctura ſpectatur, vt fermentum cui attenuandi vis ineſt, & ſal, cuius eſt abſtergendi facultas, mediocriter addantur, manibus probè ſubigatur, & in clibano mediocri igne coquatur. Vehementior ignis primo ſtatim occurſu exteriorem ſuperficiem adurit, & quaſi teſtaceam quandam cruſtam inducit, interiorem partem crudam & incoctam relinquit. Imbecillioris verò ignis vis in omnes partes penetrare non poteſt. Quare crudus etiam panis relinquitur. Crudus autem difficilius tum in ventriculo concoquitur, tum deinceps etiam ægrius diſtribuitur.

De Ci

De oleribus & lactuca ſic ſcribit Galenus libro de euchy. & cacochy, In oleribus nullum eſt, quod ſit boni ſucci. At in boni maliq́; medio eſt ſatiua lactuca, malua, atriplex, portulaca, blitum, rumex. Lib. 2. de alimentis cap. de lactuca ſic ſcribit: Cum reliqua olera paucisſimum ſanguinem generent, ex lactuca non valdè quidem vitioſus, ſed nec omninò benignus & bonus ſanguis generatur. Si lactucam vt medicamentum conſideremus, habet refrigerandi & humectandi facultatem, vnde & ſomnum conciliat.

In piſcium genere primum locum tenent ſaxatiles, de quibus Galenus libro de euchymia & cacochymia, item lib. de alimentis cap. 27. Quod, inquit, ex ipſis alimentum paratur, non ſolùm concoctu facilè eſt, ſed & humanis corporibus ſaluberrimum. Sanguinem enim generant conſiſtentia medium, nec tenuem nimis & aquoſum, ſed nec valdé etiam craſſum, quare εὔχυμον.

Sunt autem ſaxatiles piſces non admodum grandes, qui non in ſtagnis aut limoſis locis, ſed in puris & ſaxoſis alueis reperiuntur, quiq; carne conſtant molli & friabili: Cuius

Cuius generis ſunt, perſæ, melanuri, minores lucij, qui & lupi dicuntur, lauraces, & ſimiles.

Reliqui grandiores & marini, cetacei, cartilaginei, ὀστρακόδερμοι, fere craſsi & crudi ſunt ſucci, paucis exceptis. Galenus enim lib. 8. Methodi cap. 2. item 7. Methodi, & alijs pleriſq; locis, ſaxatilibus piſcibus annumerat aſellum, eum præſertim, qui non in oſtijs fluuiorum, ſed altius in mari capitur. Vt autem bonum ſuccum generent, & naturam ſuam non mutent, præcipit Galenus, vt ex jure albo, ſimplici, ſine ſuperflua conditura apparentur.

In animalium genere, quę extra aquam degunt, ſunt quadrupedia & volucres. Volucres minus quidem nutriunt quam quadrupedia, ſed concoctu ſunt faciliores & ſucci mediocris. Deligendæ autem ſunt non paluſtres, vt anſeres, anates, & ſimiles, ſed minores aues, & maximè montanæ, hoc eſt, quæ in locis ſublimioribus degunt: cuiuſmodi ſunt, perdices, turdi, turtures, palumbi, gallinæ, phaſiani, paſſeres, pyrgitæ. Ex his porro juniores veteribus præſtantiores ſunt. Plus enim nutriunt, & facilius concoquuntur. Eodem diſcrimine elixa ab aſsis, & in ſartagine frictis diſtinguuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quod ad potum attinet, in præſenti hypotheſi, in qua tum attenuandi, tum expurgandi; modiceq́; nutriendi conſilium eſt, offerri vult Galenus ὀξύμελι, ἀπόμελι, ὑδρόμελι, vinum album tenuè.

De facultatibus & præparatione ὀξυμέλιτος & ἀπομέλιτος proprius locus ſequetur paulò poſt cap. 12.

De præparatione aquæ mulſæ, vide proprium locum libro de alimentis, capite de melle.

De vinorum differentijs, præcipui loci ſunt in libro de euchymia & cacochymia, cap. 17. 18. 19. item infra lib. 5. huius Operis cap. 7. lib. 3. de alimentis, capite de vino.

In præſenti hypotheſi conuenit vinum tenuè, ſed ſimul album & aquoſum ſeu ὀλιγόφορον, nec admodum odorum. Id enim modicè nutrit & facilè per meatus tranſit, attenuat, & vrinas ciet, nec caput ferit. Odora & fulua vina ad ſucci bonitatem præſtantiora ſunt, ſed magis nutriunt, & caput feriunt.

Diureticas potiones, quod ſemicrudos etiam humores immodicè exagitent, vitari hîc vult Galenus. Concedit tamen, vt piper & zinziber pro condimentis cibis modicè admiſceantur. Attenuant enim obſtru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ctiones ſoluunt, concoctionem juuant, & calor eorum in primis venis extinguitur, vt copioſius explicabitur infra cap. *11*. Supra dictam autem victus rationem per dies aliquot continuari vult Galenus, vſq; dum corpus coloratius, & vrinæ concoctę appareant, & nullus amplius adſit laſsitudinis ſenſus. Quo tempore rurſus ad conſuetas exercitationes & victum reduci vult.

CAPVT X. XI. XII. XIII.

Quomodo tractandi ſint hi, quibus boni ſanguinis exiguum, crudi verò ſucci plurimum in primis venis eſt.

ALiam nunc ſumit hypotheſin à ſuperiori nonnihil diuerſam. In illa enim cum humores eſſent non omninò crudi, ſed ſemicocti, eſſet etiam boni ſanguinis copia aliqua, & ſimul humores vitioſi, venæ ſectionem & purgationem ſtatim præſcribebat. In hac verò hypotheſi, qua ſanguis bonus exiguus, crudus verò ſuccus in venis plurimus eſſe ſtatuitur, à ſanguinis miſsione, purgatione, exercitatione, frictione, balneo, omni deniq; motu prorſus vult abſtineri, & addit rationem cur ita præcipiat, cum ſingulorum incommoda recenſet.

Si enim

Si enim, inquit, crudum humorem venæ ſectione educere tentes, bonum ſanguinem, qui fluxilis magis eſt, primum euacuabis, atq; ita corpus refrigerabis, & concoquendi facultatem debilitabis. Crudum verò ſuccum non ſolùm non euacuabis, ſed magis in vniuerſum corpus diſtribues. Qui enim circa jecur & meſenteriũ conſiſtit, facta maiorum venarum euacuatione, conſecutione quadam in vacuatas venas attrahetur.

Si verò medicamento purgationem per aluum moliaris, cum crudi humores omnes frigidi ſint, & craſsi, ideoq; etiam pigri & ad motum inepti, non niſi violenter à medicamento attrahetur, excitabitq; violenta illa purgatio tormina, roſiones, animi deliquia. Præterea ex crudis humoribus nihil quod notatu dignum ſit, euacuabitur, & alterius materiæ purgatio, ſi qua fieri poterat, etiam impedietur. Cruda enim cum non euacuantur, lentore ſuo etiam meatus obſtruunt, per quos purgationem fieri oportebat, vt copioſius iſta explicantur Aphoriſ. 22. lib. 1. concocta mouere & non cruda.

Exercitatio verò, frictio, vnctio, balneum, ſimiliter nocent, quod crudũ humo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

rem, priuſquam concoquatur, in vniuerſum corpus digerant.

Conuenit igitur in hac præſenti hypotheſi omnimoda quies: Diæta verò in primis tenuis, tenuior etiam quam quæ in ſuperiori hypotheſi commemorata eſt. Crudus enim humor pro alimento eſt, & cum inedia corpori alimentum ſubtrahat, fit vt naturalis calor magis accendatur, atq; ita crudos humores concoquat & extenuet, eoſdemq; digerat, atq; ita quæ obſtructa erant aperiat: Quemadmodum etiam, cum humores cocti ſunt, eoſdem depaſcit, magisq; extenuando diſsipat, acres magis incendit.

In cibis igitur pauca omninò offerenda ſunt, & eiuſmodi, quæ crudam & craſſam materiam citra manifeſtum calorem extenuare queant, ſubſtantiæ magis tenuitate, quam caloris vehementia. Quæ enim caloris vi attenuant, ea incendio ſuo non parum corpori & humoribus incommodant. Accommodatiſsimum ergò nutrimentum erit ὀξύμελι, ἀπόμελι etiam acidum, vinum omninò album ac tenue. Quod ſi ptiſana ex hordeo, aqua mulſa, & ſimilia interdum concedantur, id omninò erit exiguum.

Si tamen hæc victus ratio ad crudorum
exte-

extenuationem non ſufficiat, alia etiam συμπτώματα moleſtant, vt flatus circa præcordia & in inteſtinis, locus erit & medicamentis attenuantibus calidioribus, cuiuſmodi eſt piper, per ſe, & compoſitiones, diaſpoliticum & diatrium piperium. Flatus enim cum à debili calore, & cruda materia, & cibo flatuoſo generari ſoleat, auxilia requirit potentius tum calefacientia, tum attenuantia. De cauſis flatuum vide cap. 7. lib. 6. de morborum & ſympt. differentijs.

Aduerſus cauſas flatus excitantes, enumerat Galenus hîc aliquot remedia. Ac primum quidem piper longum, deinde album, poſtremò etiam nigrum. Omnia hæc genera validè calefaciendi & ſiccandi facultatem habent. Quare in crudis ventribus ciborum concoctionem etiam iuuant. Longum piper fructus eſt adhuc pullulans, Album, integer quidem ſed immaturus. Nigrum, fructus eſt immodicè aſſatus, imo & ſuperaſſatus, vide Galenum lib. 8. ſimplicium capite de pipere.

Primum autem Galenus hîc deligit longum. Eſt id cæteris paulò humidius. Quare non ita valenter nec ſtatim mordicat, ſed flatuoſi ſpiritus craſsitudinem ſoluit, & quæ in hypochondrijs cruda pigraq́;

hærent, ad inferiora depellit. Album o-mnium maximè mordicat, & vt Galenus hîc teſtatur, ventrem præ cæteris maximè roborat. Si nec longum nec album haberi poteſt deligit Galenus nigrum, ſed quod plenius eſt ac ponderoſius.

Diaſpoliticon medicamentum, cuius compoſitionem mox ſubiungit, conſtat paribus portionibus, piperis, cumini, rutæ, nitri: Vel nitri dimidia portione ad reliquorum integras. Verum cum nondum nobis ſatis conſtat, quid fuerit illud græcorum nitrum, deſijt quoq; hæc compoſitio in vſu eſſe. Sed vtilè tamen eſt reliquorum ſimplicium e x quibus hoc medicamentum conſtat, facultates noſſe.

Cuminum calidum eſt tertio ordine οὐρητικὸν καὶ ἄφυσον mouet vrinas, & flatus diſsipat. Vult autem Galenus prius in acero acri macerari, poſteà ſiccatum tundi, vt maiorem habeat attenuandi facultatem.

Ruta agreſtis quarti ordinis eſt calefacientium & ſiccantium: hortenſis tertij, ſecat & digerit craſſos & viſcoſos humores, eſtq; tenuium partium. Quamobrem & ad flatus diſcutiendos accommodata. Vide Galenum capite de Ruta. Vult autem Galenus modicè ſiccari rutam, priuſquam ea

vta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

vtamur. Pluſculum ſiccata, acrior & calidior efficitur quam par eſt. Si prorſus non ſiccetur, excrementitium quendam humorem retinet, nondum ex toto concoctum, cuius vitio flatum diſcutere minus poteſt.

Cæterum de compoſitione dioſpolitici, plura lege apud Paulum Æginetam lib. 7. & Actuarium libro de compoſitione medicamentorum. Admiſcebat Galenus ptiſanæ alijsq́; cibis, interdum etiam per ſe exhibebat, ante & poſt cibum, interdum ſolùm, interdum verò cum melle deſpumato, in electuarij formam redacto. Mel ideò vult eſſe deſpumatum & optimum, vt minimè ſit flatuoſum, quoad eius fieri poteſt. Mel enim non deſpumatum, maximè eſt flatuoſum. Vide lib. 3. de alimentis capite de melle.

Alterius medicamenti diatrion piperion compoſitionem, tradit Galenus toto cap. 11. & laudat eam quæ ſimplex eſt.: variam & medicamentoſam compoſitionem, cuiuſmodi ea eſt quæ apud Meſuem extat, improbat. Simplex autem compoſitio, quæ hîc ab ipſo præſcribitur, habet aniſi, thymi, zinziberis, *ἀνὰ*, id eſt, ſingulorum partem vnam piperis longi, albi, nigri, *ἀνὰ* ſeu ſingulorum partes ſex & vnam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quartam. Hæc compoſitio Galeno eſt ſimplicißima, ſimplicior tamen adhuc, ſi detrahatur zinziber: Magis verò compoſita, ſi aniſi, thymi, zinziberis quantitas duplicetur.

Aniſi ſemen tertio ordine calefacit & ſiccat, vrinas mouet, & ventris flatus ſiſtit. Deligit autem Galenus Cretenſe.

Thymum ſimiliter tertio ordine calefacit & ſiccat, mouet vrinas & menſes. Deligit autem Galenus Atticum, propter ſoli illius ſiccitatem.

Piper longum & zinziber vult eſſe integrum. Vtrumq; enim propter humiditatem, quam adiunctam habet, facilè poteſt perforari. Album & nigrum piper deligit, quod non exile, rugoſum, & craſſi corticis ſit, ſed magnum, plenum ac ponderoſum. His ſimul tonſis leuiterq; cribratis addit mel optimum.

Optimi mellis notas hîc, & lib. 7. Methodi, & libro de antidotis recenſet, ſi odoratum ſit, colore flauum, conſiſtentia nec liquidum nec craſſum, ſed ita lentum, vt digito ſublatum continuitatem ſuam quàm diutißimè ſeruet, ſapore dulcißimum ſimul ſit & acerrimum. Coquit autem Galenus mel, vt ſpumam detra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

detrahat, carbonibus aut lignis ἀκάπνοις. Zinziber in aceto etiam prius macerat, quã contundat, vt magis attenuet.

Hoc medicamentum ita præparatum, hoc loco, & lib. 8. methodi cap. 5. præbet Galenus omnibus crudis, quibus ſcilicet cruditas & ſuccus multus pituitoſus, in ventriculo & primis venis circa hypochondria conſiſtit, & affirmat prædictorum medicamentorum calorem circa primas venas extingui, ita vt in totum corpus non proferatur. Offert autem hoc medicamentum ſemel, bis, vel etiam ſæpius vno die, mane, & cum cubitum itur, ante & poſt cibum, cochleari menſura. Eſt autem cochlear duplex, magnum pendet dragmã vnam, paruum ſemidragmam, de quo vide Manardum, Epiſt. 1. lib. 12.

XII. capite docet Galenus compoſitionem ὀξυμέλιτος & ἀπομέλιτος. Eſt autem vtrumq; non ſolúm in præſenti hypotheſi, ſed in quauis etiam corporis conſtitutione, quæ aliquam attenuationem & meatuum expeditionem ſeu liberationem requirit, accommodatiſsimum. Craſſos enim ſuccos attenuat, lentos incidit & abſtergit, idq; citra manifeſtam vllam calefactionem aut refrigerationem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

De oxymelite ſic ſcribit Galenus, libro de euchymia & cacochymia cap. 20. Oxymeli omnibus tum naturis tum ætatibus vtiliſsimum eſt, atq; ad conſeruandam valetudinem tutiſsimum. Anguſtos enim meatus obſtructione liberat, facitq́; ne craſſus aut glutinoſus vllus ſuccus diutius in illis hærere poſsit. Medici enim etſi nihil abſolutè, tamen ſalubria ſimpliciter medicamenta ea ferè appellare ſolent, quæ attenuandi facultatem habent. Attenuans enim victus ratio, ad tuendam valetudinem tutior & ſecurior eſt, incraſſante, licet non ita robuſtum & benè habitum corpus efficiat. Hæc Galenus.

Conſtat ὀξύμελι ex aceto & melle. Mel calidum & ſiccum eſt ſecundo ordine, eius notas iam explicauimus. Acetum conſtat ſubſtantia diſsimilari, vna liquida altera craſſa & feculenta, verum ita cum liquida confuſa, vt nulla arte ab ea ſeparari poſsit. Liquida frigida eſt, craſſa ex putredine calida. Vincit tamen frigiditas caliditatem. Vide Galenum lib. 1. ſimplic. cap. 19. 20. 21.

Acida fiunt, quæ plus habent aquæ quam terreæ ſubſtantiæ, dum calore proprio, priuſquam perfectam concoctionem conſe-

conſequantur, deſtituuntur. Guſtata ad profundum penetrant, & mordicationis ſeu inciſionis ſenſum inferunt. Vide Galenum lib. 4. ſimplic. cap. 12. Acetum igitur frigidum cum melle commixtum ipſum contemperat, vt iam totum mixtum neque refrigeret neque calefaciat inſigniter. Miſcetur autem melli prius deſpumato aceti tantum, vt ſapor exiſtat medius inter dulcem & acidum, qui jucundus ſit ei qui eo vti dicitur. Id enim vtiliſsimum cuique eſt quod eſt conuenientiſſimum, conuenientiſsimum autem eſt jucundiſsimum.

Communis autem doſis, quæ omnibus ferè conuenit, eſt, ſi duabus mellis partibus addas vnam aceti, & coquas lento igne ſuper prunas tamdiu, dum vtriuſque qualitates probè ſint permixtæ, nec aceti cruditas vlla guſtanti deprehendatur. Hoc modo oxymeli in mediocris ſyrupi formam redactum, ſeruatur ac bibitur cum tempus eſt, tripla vel quadrupla aquæ vel alicuius decocti portione affuſa, quomodo ex ſyrupis & aquis diſtillatis Iulep vulgò præparant.

Præparatur etiam oximeli ſtatim cum aqua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

aqua, in liquidiori ac potabili forma hoc modo.

R. Mellis partem vnam.
Aquæ partes quatuor.

Decoquatur lento igne & deſpumetur, dum ſpumare omninò deſinat, quod ferè fit poſt quartæ partis diminutionem. Optimum mel minus, improbum plus ſpumæ reijcit, ideoq́; illud minorem, hoc maiorem decoctionem requirit.

Poſteà adde aceti vnius partis dimidium, vel ſi valentius eſſe vis, partem vnam integram, vt par ſit portio mellis & aceti, & decoque, dum horum trium facta ſit perfecta mixtio.

Poſſunt etiam omnia ſtatim ab initio dicta modò proportione miſceri, deſpumari, ac decoqui, dum totum tertia vel quarta parte ſit diminutum.

Apomeli de quo eodem hoc cap. 12. agit Galenus, conficitur ex aqua, in qua faui prius macerati fuerunt, & mellis non ita magna portione. Compoſitionem eius vide apud Paulum Æginetam, lib. 7. cap. 15. Eſt certè nihil aliud, quam mulſa quædam dilutior, quæ citò aceſcit, & æſtate pro potu refrigerante propinari ſolet. Galenus lib. 4. Methodi cap. 4. medium

dium facit apomeli inter mulſam & oxymeli, & hoc loco ad crudorum humorum extenuationem vt oxymeli propinari jubet, maximè cum coacuit, quemadmodum & vinum album tenuè, quod leuiter aceſcit.

His tamdiu vtitur, dum crudi ſucci ſatis iam ſunt attenuati. Poſteà vinum offert quod colore ſit fuluum, & boni ſucci quantitatem augeat. A craſsis, nigris & rubris vinis abſtinet, quod & ægrè permeent, & malum ſuccum gignant. Cibis admiſcet ea condimenta, quæ citra calefactionem aperiendi & attenuandi habeant facultatem, cuiuſmodi hic refert eſſe cappares ex oxymelite vel oleo.

Vbi iam melius habere hominem animaduertit, primum lauat ac molliter fricat. Deinde etiam cum hypoſtaſim in vrina cernit, frictiones auget, ad conſuetas exercitationes deducit, & vnguentis digerentibus vngit. Præſupponit enim in habitu corporis ſuccos eſſe mordaces, qui laſsitudinem vlceroſam efficiant, & per cutem ſint euacuandi.

Horum ſuccorum occaſione deinceps 13. capite diſputat, an in præſenti hypotheſi, quæ copiam crudorum humorum in primis

mis venis ſtatuit vomitus etiam conueniat.
Concludit tunc demum vomitioni locum
eſſe, cum recens adhuc cacochymia in ventriculo & in primis venis tantum conſiſtit, aliasq; regiones nondum occupauit, & addit regulam: Malos ſuccos qui extra ſunt, nequaquam intrò, neq; qui intus ſunt, extra reuocandos eſſe. Verum quæcunque expurganda ſunt per proprias regiones & loca conuenientia expurganda eſſe.

Vomitus etſi primum quidem & maximè ventriculum, & quæ ventriculo vicina ſunt loca, vacuat, tamen cum vehementior ſit motus, ea quæ in viſceribus & maioribus venis, poſtremò etiam quæ in corporis habitu ſunt, ad interiora rapit. Idem de alui purgatione intelligendum eſt. Et rurſus quæ per cutem fit diſsipatio, in exercitatione, frictione, balneo, fomentis, & vnctionibus calidis. Ita etſi primo quidem & maximè corporis habitum euacuat, tandem tamen etiam materias ex maioribus venis, viſceribus, & intima regione rapit. Sic ſanguinis miſsio primum quidem & maximè venas, & coniūctas illis per ἀναςόμωσιν arterias inanit, poſteà verò tum viſcera ac primas venas, tum ipſum corporis habitum conſecutione etiam exhaurit.

Quod

Quod igitur Celſus cap. 3. lib. 1. & alij ſcribunt, conducere ad tuendam valetudinem, ſi ventriculus corruptis humoribus, vel ijs qui corrumpi poſſent, vomitu interdum leuetur, ea limitanda ſunt hac Galeni regula, quam hoc 13. cap. tradit: Si crudorum copia tantum in ventriculo & primis venis fuerit, nulla verò adſit corporis laſsitudo, quæ malum ſuccum etiam eſſe in corporis habitu oſtendit, qui vomitu rapi ad interiora poſsit. Sed nec ſtatim initio mulſum, in quo hyſopum decoctum ſit, propinari vult, ne calor medicamenti crudum longius in venas diducat.

CAPVT XIIII. & XV.

Quomodo tractandi ſint hi, quibus cum vlceroſæ laßitudinis ſenſu crudorum humorum copia in habitu conſiſtit.

HActenus docuit, qua ratione tractandi ſint qui vlceroſa laſsitudine laborant, & ſimul plurimum crudi ſucci in primis venis habent. Nunc duobus ſequentibus capitibus de ijs ſermonem inſtituit quibus vnà cum vlceroſo ſenſu etiam crudorum humorum copia in habitu conſiſtit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſtit. Accidere id ſolet ijs, qui nulla recenti cruditate laborant, ſed crudos ſuccos iam in maioribus venis collectos habent, & propter vrgentia negotia multum exerceri ac laborare coguntur. Sic enim excitatus calor cruda è venis in carnem rapit.

Quemadmodum autem in ſuperiori hypotheſi ab omni motu abſtineri volebat, item à calidis omnibus quæ aſſumuntur, ne cruda quæ in primis venis erant, in corporis habitum perferrētur: ita hic ea exhibet, quæ calorem ſuum vſq; ad cutem tranſmittant. Cuiuſmodi eſſe vult medicamentum diacalaminthes, quod recipit calaminthes, pulegij, petroſelini macedonici, ſeſelios, ana partes duas, ſeminis apij; comarum thymi, ana partes quatuor, liguſtici, partes ſedecim, piperis, quadraginta octo. Alia verò eſt deſcriptio huius medicamenti apud Meſuem, quam nunc ſequuntur officinæ.

Calaminthe veteribus calida eſt tertio ordine, acris, & tenuium partium multoq; valentior menta. Sic & Seſeli, quod nunc ſiler montanum vocant. Petroſelino macedonico caremus, eius loco vtuntur oluſatro.

Hæc abiectis lignoſis partibus tunduntur,

tur diligentiſsimè, & cribrantur tenui cribro, vt puluis exiſtat ſubtiliſsimus, qui quàm longiſsimè in corpus & quàm facilimè diſtribui queat. In quibus alui deiectio quæritur, vel quæ non longè in corpus perferri oportet, ea craſsius tundenda ſunt, vt anguſta venarum oſcula ſubire nequeant; quod ſe facere ſolitum, Galenus ſcribit, in dioſpolitico medicamento, præſertim cum aluum deijcere ſtuderet.

Seruatur autem hoc medicamentum diacalamienthũ, ac propinatur vel ſiccum per ſe, vel cum melle diligenter cocto & deſpumato, in formam electuarij redactum. Tribuit autem ei Galenus hanc facultatem, quod vehementer penetret, craſſa lentaque attenuet, eaq́; per halitum, id eſt, tranſpirationem, quæ fit per cutem, educat, item quod vrinas & mulierum menſes moueat.

Idoneum vtendi tempus, eſt matutinum, poſt frictionem, ante exercitationem & balneum. Vtiliter etiam ptiſanæ reliquisq́; cibis ſalis aut condimenti loco additur, idq́; vel per ſe, vel cum melle largiori, ijs qui melle delectantur, eo tamen modo ſeruato, ne medicamenti vis à mellis copia obtundatur. Si qui melle non delectantur, ijs minus miſceri poterit, ſed diligen-

tius & diutius coqui. Ita enim minus ſit dulce, & ijs qui ab ipſo abhorrent, ſtomachum minus ſubuertit.

Poſt cibum neq; hoc neq; vllum medicamentum, quod diſtributionem acceleret, eſt aſſumendum. Non enim cibus modò aſſumptus diſtribui, ſed retineri & concoqui debet.

Quibus opus eſt, vt auxilio aliquo ventriculi concoctionem iuuent, ij poſt cibum commodius ſumere poterunt diatrion piperium. Quod ſi maior neceſsitas vrget roborandi ventriculi, ſumetur poſt cibum commodè medicamentum ex ſucco cydoniorum, cuius compoſitio traditur in fine huius Operis, capite vltimo, lib. 6.

Quod ad reliquam rationem victus attinet, quam præſens hypotheſis requirit, conuenit mane ſtatim à ſomno frictio largior, ex oleo aliquo, quod digerẽdi vim habeat, eaq; interpoſita aliqua quiete, leuiq; inambulatione ſecundo repetita. Poſtea ſuccedat exercitatio mediocris & balneum. Verum præcedentis diei cœna erit frugalior, nec aliud in ea bibetur, quàm vinum tenuè ac fuluum.

Cibus & potus ſint ex eorum genere, quæ boni ſunt ſucci, minimeque glutinoſa, quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quorum iam materia expoſita eſt præcedenti cap. *9.* Poſt huiuſmodi tractationem, ſi rurſus apparuerit priſtina coloris bonitas, & reliquæ concoctionis notæ, ad plenam ac conſuetam tum exercitationem, tum reliquam victus rationem reditur.

XV. cap. Vnguentorum aliquot genera præſcribit Galenus, quorum vſus eſt in digerendis ſeu diſcutiendis excrementis, quæ in corporis habitu continentur.

Simpliciſsimum in his eſt oleum camomillinum vel anethinum, ex viridi videlicet anetho confectum.

Macerantur herbæ in oleo menſes aliquot, vel coquuntur in vaſe duplici, poſteà colantur. Huius generis etiam eſt & ſamſuchinum oleum & roſmarinum. Sed horum poſteriorum vſus maior eſt in regionibus frigidis. Parari etiam poteſt oleum ex radice betæ albæ brioniæ, cucumeris agreſtis, altheæ, modo ſupra dicto. Vti autem poſſumus vel oleis ipſis ſolis, vel in vnguenti vel linimenti formam redactis, adiecta quarta parte ceræ, reſinæ verò alicuius liquidæ, vel etiam frictæ, parte duodecima.

Galenus autem in hoc capite duo vn-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

guentorum acoporum genera ſingulari diligentia componit, quorum alterum fit ex ſemine abietis, alterum ex floribus αἰγείρου id eſt, populi nigræ adhuc conniuentibus. Colligit abietis ſemen autumno Romæ, menſe ſeptembri, quo tempore pulcherrimum eſſe dicitur. Poſteà quocunq; anni tempore inijcit in oleum, quod ſit tenuium partium, quale noſtrum eſt vetuſtum, ſalis expers, vel aliquod ex iam commemoratis, maceratq́; menſes aliquot, vt minimum 40. dies. Poſteà abiecto ſemine colat oleum.

Ad eundem modum colligit flores populi nigræ αἰγείρου adhuc conniuentes (Noſtri vnguentum populeum parant ex gemmis populi albæ, quæ etiam mediocrem habent calefaciendi facultatem) easq; modicè contritas in oleum conijcit, & dies aliquot feruenti ſoli exponit, agitatq́; quotidie. Poſt duos aut tres menſes oleum colat, vel non diu maceratos flores ſtatim oleo percoquit, adiecta aqua vel vino, nè oleum vſtionem referat. Quod cum aqua coquitur, laſsitudinibus magis dicit conuenire. Quod cum vino, podagricis & arthriticis omnibus. Sumit autem oleorum & florum, & in altero medicamento ſeminum abietis, pares ferè portiones. Expreſſo verò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

verò oleo, vt vnguenti vel linimenti formam acquirat, addit quatuor partibus olei, ſi liquidum fuerit, vel ſi craſsius, quinque aut ſex partibus olei, ceræ vnam, reſinæ verò liquidæ vnius partis vnam tertiam. Atq; hęc medicamenta ita præparata, affirmat ſingularem habere vim in ſedanda quauis laſsitudine, ſiue ſponte, ſiue ab immodica exercitatione orta ſit.

CAPVT XVI.

Quomodo compoſito affectui, ex primarum ſcilicet & vltimarum venarum cruditate, ſit ſuccurrendum.

IN primarum venarum cruditate is erat ſcopus, vt crudus ſuccus attenuaretur, in corporis verò habitum minimè transferretur. In vltimarum verò venarum & habitus cruditate id agebatur, vt crudi humores partim concoquerentur, partim etiam per habitum diſcuterentur. In priori itaq; affectu pipere, & compoſito medicamento diatrion piperium vtebamur, quorum omnium calor in primis venis extinguitur, nec crudum humorem in alias venas propellit. In poſteriore affectu vſus erat medicamenti diacalaminthes, cuius magna vis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

eſt ad habitum vſq; penetrandi, & crudum humorem qui ibi eſt diſſecandi.

Vbi autem affectus miſcentur, miſcenda etiam remedia ſunt, vt ſupra lib.3. cap.3. quoq; monuimus, ſed adhibito certo tum modo tum ordine. Si pares ſunt affectus, paria vtriuſque erunt remedia. Sin alter magnitudine vincat, eius maximè habenda erit ratio, altero tamen minori interea non neglecto. Auſpicandum verò ab eo ſemper eſt, quod eſt vrgentius, vel quod ad alterum collatum, cauſæ rationem obtinet.

Exempli gratia: Statuatur crudi ſucci copia in primis, medijs & vltimis venis, etiam in habitu ſeu carne ipſa. Hic illud agendum erit, vt ſimul omnibus partibus auxilium feramus. Sed primas ac potiores medendi partes tribuemus primis venis, vltimas vltimis, medias medijs. Primæ enim venæ quaſi fons ſunt, ex quo cruditas in reliquas manare ſolet. In principio igitur curationis vtemur medicamento diatrion piperium, cui exigua portio petroſelini macedonici ſit admixta. Poſt vnum aut alterum diem, primarum venarum cruditate iam diminuta, miſcebitur etiam aliquid diacalaminthes, poſteà vtriuſq; pares etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

etiam portiones. Sublata iam ferè primarum venarum cruditate, paulatim augebitur doſis diacalaminthes. Poſtremò ipſum etiam ſolum exhibebitur. Atq; ad eundem modum reliqua victus ratio, quæ diuerſis affectibus conueniat, miſcenda & temperanda eſt, pro prudentis & exercitatæ cogitationis Medici conſilio.

CAPVT XVII.

De Curatione ſpontaneæ laßitudinis tenſiuæ.

Repetenda hîc primum ac ſupponenda ſunt, quæ ſupra cap. 2. huius libri de tenſiuæ laſsitudinis ſymptomate, affectu & cauſa, prolixius ſunt explicata. Affectus enim probè cognitus, ſui curationem facilè ipſe per ſe indicat.

Cùm igitur humores toto corpore æqualiter aucti ſunt, & tantū copia ſua moleſtant, ſi id contingat ſine putredine, plethoram faciunt, & ſponaneam laſsitudinem tenſiuam. Deinde & febrim σύνοχον Interdum etiam venis nimia copia ſupra modum obſtructis, & tranſpiratione omninò prohibita, venarum ruptionem & interceptionem & mortem ſubitam. Vide Galenum lib. 8. Methodi, & in commentario aphoriſ.3. lib.1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quare cum affectus præcipuus hîc ſit, nimia repletio omnium humorum æqualiter auctorum, eius contrarium ſit euacuatio, non huius aut illius humoris, ſed omnium ex æquo, eaq; commodiſsimè fiet per venæ ſectionem. Libere ſtatim ſecanda vena eſt, idq; copioſiſsimè, vſq; ad animi deliquium, præſertim ſi febris σύνοχος iam etiam inuaſerit. Hac ſanguinis detractione minuitur primum copia, ſeruata in corpore ea humorum proportione, quæ prius fuerat, corpus refrigeratur ac recreatur, & ſi humor aliquis tenuis etiam redundauerit, is ſola naturæ vi facilè expellitur. Sequi enim ſolent huiuſmodi ſanguinis detractiones alui deiectio ſpontanea, vel bilis vomitio, tandem etiam totius corporis ſudores, cum integra morbi ſolutione.

CAPVT XVIII. XIX. XX.

DE CVRATIONE *laßitudinis phlegmonoſæ.*

Quinq; ſunt, quæ his tribus capitibus tractat Galenus.

I. *Neceſſariam omninò eſſe ſanguinis miſsionem, eamq; quam primum fieri debere in phlegmonoſa laſſitudine oſtendit.* II. *Quā*

II. *Quam venam ſecari conueniat, docet.*
III. *Quæ victus ratio poſt ſectam venam ſit adhibenda.*
IIII. *Cur ſanguinis miſsionem jubeat iterari.*
V. *Cur non ſubitò à ſanguinis miſsione corpus ſit reficiendum.*

De Primo.

CVM phlegmonoſa laſsitudo cum magno dolore, & manifeſto tum calore tum tumore coniuncta ſit, & cauſa eius ſit vtrumque, tum plethora, tum cacochymia (leuiter enim primum ſanguis putreſcit, mox verò putredine aucta febris accenditur, quam σύνοχον putridam nominant) ſatis ex ipſa rei natura remedia iam indicantur, quæ ſunt ſanguinis miſsio, & putridorum purgatio. Ac ſanguinis quidem miſsio copioſa eſſe debet, verum non ita affatim ſemel fieri vt in tenſiua, ſed præſtat eodem die bis ſanguinem detrahere, ob eas cauſas, quas mox dicemus. Quibus ſanguinis miſsione quamprimum non ſuccurritur, hi non euadunt, ſi iam febri correpti ſunt, niſi ſingulari quadam fortuna ſanguis largius ſponte ſua è naribus vel alijs locis eruperit, vel copioſiſsimi ſudores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Facta autem phlebotomia natura vel arte, facilè poſteà putrida purgantur, per vrinam quidem & ſudores, quæ in venis & habitu corporis continentur, per deiectionem verò & vomitum, ea quæ in ventre.

De II. Loco.

Quam venam ſecari oporteat.

HÆc indicatio maximè ſumitur à ſitu earum partium, quæ maximè grauantur, vt plenius id docet Galenus in libro de curatione per ſanguinis miſsionem, & lib. 13. Methodi, & alijs locis.

Si maximè grauantur partes, quæ ſupra clauiculas ſunt, circa collum, fauces, caput, vtiliſsimè ſecatur vena humeraria, quam Cephalicam vocant. Hæc enim cum recta à jugularibus venis per humerum in brachium explantetur, promptiſsimè ac celerrimè à commemoratis modo partibus euacuat.

Si verò partes infra clauiculas, vt thorax, dorſum, lumbi, maiorem grauitatem ac tenſionem ſentiant, commodiſsimè ſecabitur axillaris vena, quam & jecorariam & baſilicam vulgò appellant. Hæc enim ſtatim

ſtatim ſub axilla & ex thorace in brachium propagatur.

Si tam inferiores quam ſuperiores partes ex æquo leuare conſilium eſt, ſecabitur vena, quæ in brachio eſt media, ex humerariæ & axillaris ramis conſtituta, alia tamen ab ea, quam vulgus medianam vocat. Quamquam ſi vel hæc vel illa obſcurior fuerit, aut deprehenſu difficilior, nihil vetat, quo minus vnam aliquam ex modò commemoratis ſecemus, quæ maximè ſeſe offert.

Deligenda tamen ea ſemper maximè eſt, quæ propius attingit locum affectum ſecundum ſtaminum ſeu fibrarum rectitudinem. Per fibras enim fit ſanguinis euacuandi attractio, quemadmodum id à Galeno in libris de facultatibus naturalibus & vſu partium demonſtratur. Verum vniuerſam mittendi ſanguinis rationem, admodum artificioſe certis propoſitionibus comprehendit Martinus Acacia, in προλεγομένοις in artem Medicinalem Galeni.

Ponit autem Mathematicorum more primũ manifeſta ac certa quædã principia. Ex ijs poſteà propoſitiones extruit, quibus vniuerſam artem ſanguinis in quouis affectu mittendi abſoluit: Oſtenditque hoc

vno

vno exemplo, reliquas omnes artis Medicę iam conſtitutæ ac delineatæ partes, ſimili methodo conſtitui poſſe, quatuor illis inſtrumentis adhibitis, quas etiam Methodos ſpeciales appellant diuiſione, reſolutione, definitione, & demonſtratione.

De III. Loco.

SVpponatur ſecta vena febrim nullam reſtare, tamen nutriendus homo erit cibo pauco, boni ſucci, & refrigerante. Primo itaq; die tantum exhibebitur ptiſanæ cremor, aut ſorbitio ex halica, in potu aqua. Secundo die lauabitur etiam, idq; cum oleo copioſo, ſed ſeruata adhuc priori victus moderatione. Qua ſi contentus non ſit, offeretur etiam aliquid lactucæ, cucurbitæ, maluæ, betæ, lapatij, atriplicis, ſi eorum poſsit haberi copia. Quod ſi carniũ aliquid requirat, offerentur piſces ſaxatiles benè elixi, in jure albo ſimplici, quod fit, in aquam coniectis ſale, anetho, oleo & porri exiguo. In potu perſeuerabit aquæ. Tertio die, ſi aquæ potũ facilè toleret, eum adhuc continuabit, ſin minus, bibet ἀπόμελι, aut vinum album tenuè. Idq; in primis caueatur ne properè & multum, ſed ſenſim ac paulatim renutriatur.

DE

De IIII. Loco.

MElius habent, quibus ſanguis non affatim detrahitur, ſed iterata ſectione per interualla, ſecundo & interdum etiam tertio die repetita. Id cum Empiricus obſeruauit, ſatis habet, nec quicquam requirit. Rationalis verò Medicus hanc addit rationem. Cum ſanguinis miſsio per ſe tantum venas euacuet, in præſenti autem hypotheſi, copia calidi ſanguinis congeſta etiam ſit in corporis mole ſeu habitu, poſt ſectam venam tantum interponendum eſt ſpatij, vt ex habitu aliquid in venas remigret. Venæ enim euacuatæ vndiquaq; rurſus nouũ humorem attrahunt, qui cum etiam euacuari debeat, vtpote ex parte aliqua corruptus, venæ ſectio iterum atq; iterum repetenda eſt: Atq; illud cauendum, ne prima miſsione tantum ſanguinis detrahatur, vt homo exſoluatur, & poſteà ſequentem phlebotomiam ferre non poſsit. In ſequentibus ſi exſolutio contingat, ea non adeò formidanda eſt.

De V. Loco.

Non eſſe ſubitò renutriendum.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

QVi poſt ſanguinis miſsionem ad priſtinam diętam protinus redeunt, pleneq; & affatim ſtatim renutriuntur, ijs neceſſe eſt, vt crudis ſuccis habitus breui tempore impleatur. Id vt demonſtret Galenus, ſumit hypotheſes quaſdam ex libris de facultatibus naturalibus.

Prima eſt. Partibus omnibus, quæ à natura reguntur, inſitam eſſe attrahendi alimenti facultatem.

Altera eſt. Eaſdem illas partes, quæ à natura reguntur cum proprio & idoneo alimento deſtituuntur, vrgeri, vt quiduis obuium, etiam non commodum, ad ſe rapiant. Commodum autem non eſſe crudum.

Tertia. Multum, tum in ventre tum in venis, deterius & tardius concoqui pauco, idemq; celerius in corpus deferri, quia multum. Venter enim venis, venæ reliquis partibus trahentibus, facilius de multo concedunt, quam de pauco. Vnaquæq; enim pars primum retinet ac fruitur proprio ſuo alimento, deinde reliquis quod ſupereſt, tranſmittit.

Ex his omnibus prius ex libris de facultatibus naturalibus demonſtratis, colligit hic Galenus, eum qui poſt copioſi ſanguinis detractionem, multo cibo ſtatim re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ficitur, crudi ſucci plurimum in carne ſeu habitu mox colligere.

Primum enim venæ inanitæ vehementius ex ventre trahunt. Venter propter copiam & minus concoquit, & facilius trahẽtibus venis concedit, quia multum. Crudum igitur in venas rapitur. Illud porro habitus inanitus ex venis rurſus ad ſe trahit. Cùm autem nec concoquere nec aſsimilare poſsit, non minus eo grauatur, quam ventriculus cibo non elixo aut aſſato, qui alioqui aſſari aut elixari debebat, & venæ crudo ſucco à ventre attracto, ipſis non proportionato. Hanc verò habitus cruditatem ſequi ſolent hydrops, καχεξία, febris, aliáque incommoda multa.

Rectè igitur concluditur, à ſanguinis miſsione modicè & paulatim eſſe renutriẽdum. Quæ regula locum etiam habet in ijs, qui à morbo conualeſcunt. Quod enim ad cibi quantitatem, attinet ſimiliter hi renutriendi ſunt. Quare hic locus ἀναλεπτικὴν attingit.

FINIS LIBRI IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI.

TRIBVS primis libris huius Operis de ſanitate tuenda, eam huius artis partem complexus eſt Galenus, quæ propriè ὑγιεινὴ dicitur. Propoſuit enim optimè temperatum à natura hominem, eumq́; liberum, ac docuit, qua ratione is ab ipſa prima infantia, per reliquas omnes ætates, vſq; ad ſenectutem ſanus & incolumis conſeruari poſsit, idq́; ea victus ratione, quæ præſentis cuiusq; ætatis complexionem minimè mutet, ſed eam quam diutiſsimè ſeruet.

In quarto verò libro propoſuit eundem quoq; hominem temperatum & liberum, vt prius, ſed ſpontanea aliqua laſsitudine vel cruditate iam laborantem. Hæc quomodo contrarijs remedijs mutanda ſint, ne in grauiorem aliquem morbum incidat, oſtendit. Pertinent igitur illius quarti libri præcepta, ad eam artis de ſanitate tuenda partem, quæ propriè προφυλακτική nominatur.

In hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

In hoc quinto libro qui iam proximè ſequitur, eundem adhuc temperatum & liberum hominem proponit, ſed ſenem iam, hoc eſt, qui ætatis ratione, quæ ætas fere 45. anno aut paulò poſt incidere ſolet, temperamento iam ſit (abſolutè loquendo) frigido & ſicco, plus minuſue, prout in hac ætate plus minuſúe proceſsit.

Eſt autem huius ſenis conſtitutio, vt Galenus mox oſtendit cap. 6. huius quinti libri, non abſimilis eorum conſtitutioni, qui ex morbo conualeſcunt. Quod enim ſenibus ratione ætatis accidit, vt ſanguis & ſpiritus ſint pauciores, & vires omnes imbecilliores, diminuto iam humido radicali & calore natiuo, id conualeſcentibus quodammodo præcedentis morbi ratione accidere ſolet, abſumpto calido & humido, non propriè illo natiuo, ſed calida humidaq; ſubſtantia, quam Hippocrates aphor. 15. lib. 1. hyeme & vere in corporibus maximè abundare ſcribit. Habentq; illud etiã ſenes & conualeſcentes commune, quod quacunque occaſione facillime in morbum incidãt. Simili igitur ratione tractandi ſunt. Quæ itaq; in hoc libro de ſenum diæta tradentur, ad eam artis partem referri poſſunt, quæ ἀναληπτικὴ dicitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Clarioris doctrinæ cauſa non incommodè hunc V. librum in quatuor partes diuidemus.

Primis 6. capitibus docet Galenus de faciendis & applicandis, quæ videlicet & quanta exercitatio, frictio, vnctio, lauatio ſenili corpori conueniat.

Deinde à 6. capite vſq; ad 10. agit de cibo & potu ſenum, de vino, de mulſo, carne, pane, melle, lacte, & ſimilib. Itē qua menſura ſeu modo ſenibus cibus ſit offerendus.

A 10. cap. vſq; ad 13. qua ratione ſenilibus morbis, cuiuſmodi ſunt, catarrhus, calculus, arthritis, aſthma, occurrendum ſit: item quomodo mouenda quotidiè aluus & vrinæ, docet.

Poſtremò, à capite 13. vſq; ad finem libri multum diſputat de conſuetudine, quomodo & quando ea mutanda ſit, item de naturarum variarum diſcrimine, & quod in omnibus actionibus medicis magna ſemper eius habenda ſit ratio.

CAPVT I. & II.

PRimo & ſecundo capite excuſat Galenus ſuam in docendo prolixitatem, hoc nomine, quod ars quam tradit prolixa ſit, propter varias corporum differentias, qui-

bus omnibus non vnum aliquod, ſed alia atq; alia præſidia conueniant, oſtenditq́;, prima artis velut elementa eſſe, vt naturarum diſcrimina noſcamus.

Poſteà autem rurſus oſtendit, hanc artis prolixitatem maxima vtilitate compenſari, enumeratq́; primum commoda, quæ conſequuntur ij, qui huius artis præſidijs vtuntur. De ſeipſo commemorat, etſi ab initiò nec corporis ſtatum admodum ſalubrē, nec vitæ genus liberum poſteà nactus eſſet, tantum tamen hanc artem ſibi profuiſſe, vt nunquam morbo vllo poſteà laboraret, ne febri quidem, niſi ſola ephemera ex laſſitudine, idque quàm rariſsimè. Idem de ſe teſtatur libro de euchymia & cacochymia.

Poſt enumerata commoda exaggerat miſerias, quas pleriq; ob neglectam hanc artem ſuſtinere coguntur, dum perpetuis doloribus excarnificantur, nec proprijs pedibus vel manibus vti poſsunt. Ijs autem qui tuendæ ſanitatis artem ignorant, remedium in hoc Opere oſtendit Galenus. Qui verò intemperantiam ſuam profitētur, eamq́; inualetudinis ſuæ cauſam eſſe affirmant, qua ad excuſationem etiam vtuntur, ijs opem aut remedium nullum pollicetur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

& excuſationem eorum turpiorem crimine ipſo eſſe oſtendit.

CAPVT III.

Quomodo exceſſus ex errore in ratione victus commiſſo ad mediocritatem ſint reducendi.

OPtimus corporis ſtatus cuiuſmodi ſit, primo libro explicauimus. Triplici autem de cauſa ab eo receditur, vitio nimirum à prima generatione contracto, vel errore aliquo in victus ratione commiſſo, vel ætate.

Quomodo vitia à prima generatione contracta corrigenda ſint, docet Galenus lib. 6. huius Operis.

Senilia verò vitia, quæ ætatis ratione accidunt, quomodo mitigari, vel retardari, vel temperari aliquo modo poſsint, docet præcipuè hoc lib. 5.

Exceſſus verò, qui ex praua conſuetudine, ſeu mala ratione victus proueniunt, quomodo corrigendi ſint, hoc tertio capite paucis Galenus annotat. Eſtq́; eius doctrinæ hæc ſumma.

Primum conſiderandus eſt corporis, quod à mediocritate receſsit, affectus, vt gracilius ne an obeſius, durius an mollius, rarius

rarius an denſius, ſiccius an humidius, &c. corpus ſit redditum.

Poſteà exceſſu deprehenſo, cauſa eius inueſtiganda eſt, ſex illis rebns non naturalibus in memoriam reuocatis, aëre, motu ac quiete, cibo ac potu, ſomno ac vigilia, euacuationibus ac repletionibus, & animi paſsionibus. Ac diligenter conſiderandum, plus ne an minus quam conueniat, exercitatione, vigilijs, venere, balneo, cæteriſq; vſus ſit homo. Cauſa autem deprehenſa, non difficile eſt poſteà, vt contraria ratione ijs ſuccurratur.

Exempli gratia. Si ob immodicam exercitationem gracilius corpus euaſerit, omiſſa vehementi exercitatione exigua erit imperanda. Si ob vigilias, ſomno pluſculum indulgendum erit. Si ob aërem calidiorem, mutandus locus erit alio frigidiore. Si ob cibi parcitatem, plus in cibo adijciendum erit. Si ob animi ægritudinem, ea quocunq; modo detrahenda. Si ob alui fluorem, ea quoq; ſiſtenda erit.

Ad eundem modum ſi craſsius aut mollius redditum fuerit corpus, idq; à contrarijs cauſis, ſimiliter contrarijs auxilijs corrigendum erit. Exempla in textu legantur. Atq; illud in primis agendum eſt, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

illarum ſex rerum non naturalium facultates nobis ſint notæ.

CAPVT V.

Quæ exercitatio ſenibus conueniat.

CVM ſenum omnium natura frigida ſit & ſicca, vt lib. 2. de temperamentis Galenus demonſtrat: Vtraq; verò intemperies concoctioni, diſtributioni, toti deniq; nutritioni plurimum aduerſetur, vt idem Galenus demonſtrat lib. 6. de morbo & ſymptomate cap. 10. ſitq; ſenium, etſi ſecundum naturam, talis affectus, qualis in alijs ætatibus eſt morbus, ſatis conſtat, non ſimilibus ſed contrarijs temperandum & quaſi corrigendum eſſe. Calida igitur & humida omnia conueniunt, quæ ſcilicet concoctionem, diſtributionem, agglutinationem, aſſimilationem adiuuant.

Quemadmodum autem ſupra lib. 2. in adoleſcentis diæta initium ſumebat ab exercitatione, ſecutus Hippocratis aphoriſmum qui extat 6. Epidemiorũ, ſectione 4. aphor. vltimo. Labor cibũ præcedat: ita hic quoq; ab exercitatione incipit: Senum inquit calor non minus quam iuuenum excitandus eſt: Alioqui enim periculum eſt nè extin-

guatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

guatur. Moueri gitur ſenum corpora neceſſe eſt. Etiamſi Homerus in verſiculo, Vt lauit ſumpſitq́; cibũ det membra ſopori, motus aut exercitationis non meminerit. Verũ cum inſitus calor in ſenibus admodũ ſit imbecillis, leui tantum motu, ceu ventulo quodam flamma exigua, excitatur accenditurq́; à vehementiore motu deijcitur.

Senibus igitur nec nulli nec vehementes, ſed exigui ac moderati motus conueniunt. Huius autem generis primum eſt frictio mollis, quæ fit cum oleo copioſo. Hæc enim præterquam quod laſsitudinem ſanat, etiam attractioni & diſtributioni alimenti, totiq́; nutritioni vehementer auxiliatur, ita vt eos, qui ex morbo in atrophiam inciderant, paucis diebus hoc præcipuè remedio Galenus carne inpleuerit. Erit itaq; huiuſmodi frictio mane adhibita ſenibus quaſi quædam exercitationis pars. Hanc ſequetur leuis deãbulatio vel geſtatio, viribus ipſorũ accõmodata, quantã ſcilicet citra laſſitudinẽ ac moleſtiã facilè tolerare poſſunt.

Porrò cum lib. 2. demonſtratum ſit multas eſſe exercitationum differentias, robuſtas, celeres, vehementes tardas, remiſſas, continuas, intermiſſas, &c. modũ ac formã quæ ſeni conueniat, hoc loco ex his tribus colli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

colligit, ex naturali corporis affectu, ex conſuetudine, ex vitijs ſeu morbis, quibus corpus obnoxium eſſe ſolet.

Primum, naturalis corporis affectus modum exercitationis præſcribit. Cùm enim ſenile corpus vniuerſum ad iuuenile collatum multo ſit imbecillius, exercitationes etiam multò moderatiores requirit. Particulares etiam certarum partium imbecillitates conſiderandæ ſunt. Quibuſdam enim thorax imbecillior eſt, alijs manus, aut pedes, aut collum, aut lumbi. Quare iiſdem illis partibus minus exerceri debent, quam alijs validioribus. Imbecilliores enim partes exercitando magis adhuc imbecillæ redduntur.

Secundo, conſuetudo exercitationis rationem ſeu formam præſcribit. Quæ enim conſueta ſunt magis delectant, & minus moleſtant, inſueta contra. Conſuetis igitur exercitationibus ſenes vtentur, tantum vt de earum vehementia, quantum ſatis eſt, remittant, vide aphoriſ. *49.* & *50.* lib. *2.*

Exercitationes artificioſas, cuiuſmodi ſunt, tuba, tibia, aut cythara canere, ſenem non vult attingere.

Tertiò, corporis vitia formam exercitationis præſcribunt. Vt enim infirmiores partes

partes ſenibus exercitandæ non ſunt, ita nec illæ, quæ morbo aliquo magis tentari conſueuerunt.

Qui ex leui occaſione, vertigine, hemicranico dolore, ὀφθαλμία, catharro tonſillas, gargarionem, gingiuam infeſtante, & ſimilibus vicinarum partium affectibus corripiuntur, hi exercitationibus omnibus illis abſtinebunt, quæ fiunt capite colloq; inclinato, vel quæ vllo modo caput implere poſſunt, vtenturq; deambulatione, geſtatione, &c.

Rurſus qui pedibus ægri ſunt, vitabunt deambulationes, curſus: & contrariarum partium, vt brachiorum, mediocri exercitatione exercitabuntur.

Quibus thorax imbecillus eſt, inferiorum partium exercitatione juuantur.

Quibus partes circa viſcera, ventrem inferiorem, & lumbos ſunt infirmiores, quemadmodũ hæ partes in corporis medio ſitæ ſunt, ita etiam ſe habent ad inferiorum & ſuperiorum partium exercitationes. Ab vtriſq; enim ex æquo juuantur.

Particulæ iam affectæ & laboranti ne frictio quidem conuenit, quæ non laboranti tamen conueniret. In periodicis enim doloribus non exiguum adiumentum eſt, ſi

medijs temporibus frictio adhibeatur, quæ partes denſet ac roboret, quo minus conſuetas fluxiones recipiant, idq́; non ſenibus tantum, ſed omnibus etiam alijs, in quacunque ætate, ex vſu eſt.

Cæterum quæ de non exercendis imbecillibus partibus, dicta ſunt, ea ad ſolos ſenes pertinent. Alijs enim imbecillæ partes exercitatione roborantur, eoq́; magis, quò à ſenio longius abſunt. Vt ſi exempli gratia adoleſcenti alicui, cuius corpus adhuc augetur, crura ſint graciliora, reliquo corpore juſtum habitum obtinente, huic crura, vt firmitatem & juſtam molem conſequantur, non ambulatione ſolùm, ſed etiam curſu alijsq́; validioribus motibus exercenda ſunt: fricanda etiam ſæpius, ac pice illinenda. Sed obſeruandum eſt vt omnia ſint mediocria, exercitatio citra laſsitudinem, frictio nec multa nec pauca, ſed mediocris, mediocris etiam inter duram & mollem, quam hoc loco Galenus rotundam vocat, item cum puluere pingui adminiſtrata. Pinguem puluerem appellat, in quo nihil eſt aſperum, acre, nitroſum aut ſalſum.

Verum de facultatibus frictionum dictum eſt copioſius lib. 2. cap. 5. De picatione di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ne dicetur infra, & vide Galenum lib. *14.* Method. cap. *16.* Galenus à picatione incipit, deinde frictiones reliquosq; motus paulatim intendit.

Conſiderat autem venarum tumorem & membri calorem. Si venæ ſupra modum non intumuerint, nec inuſitatus calor aut laſsitudo ſentiatur, liberius exercitationes auget. Si quid verò eorũ apparuerit, prohibet, & crura non deorſũ ac prona, ſed contrario ſitu lectulo collocat, frictione infernè ſurſum fricat. Atq; hoc modo adoleſcentẽ annorũ *13.* cui à natura extenuata erãt crura, ita ſe curaſſe ſcribit, vt poſteà concinnus & toto corpore benè habitus juuenis euaſerit.

Ad eundem verò modum, ſi cruribus benè habitis brachia forté graciliora fuerint, omiſsis cruribus, brachijs picationes, frictiones, exercitationes eo modo quo dictum eſt, adhibendæ ſunt.

Verum in ſenibus nulla exercitatio conuenit membris imbecillibus, imò nec toti corpori, ſi valdè imbecilles fuerint. Vult autem Galenus non annos ſed vires ſenũ conſiderari, & imbecilliores leuiſsimis motib. vt geſtationibus, ſolùm moueri, fricari crebrius, ſed frictione exigua. Validiores ambulationibus etiam exerceri vult, & fricari frictione rariore, at non ita exigua. Ca-

CAPVT VI.

De cibi aſſumendi modo.

COmparat hîc primum Galenus ſenes cum conualeſcentibus. Vtrorumque enim ſanitatem parum firmam eſſe oſtendit, quod à quouis errore facilè offendatur, eoque magis cauendum eſſe admonet, nè in frictionibus, exercitaionibus, cibo ac potu error committatur, potius quam contendendum de nominibus: ſitnè ſenum & conualeſcentium ſtatus ſanitas dicenda, an potius neutralis conſtitutio, an ſanitas καθ᾽ ἕξιν vel κατὰ σχέσιν. Quæ nomina quid ſignificent, vide lib. 8. Methodi cap. 1.

Quod ad victum attinet, ſupponendum rurſus eſt quod anteà diximus, quodq; Aphoriſ. 13. & 14. lib. 1. ſcriptum reliquit Hippocrates. Nimirum, ſenibus parum calidi innati ineſſe, ideoq; paucis alimentis, ſeu, vt Hippocrates loquitur, fomentis ὑπεκκαυμάτων egere. Cùm enim calor innatus ſit, qui cibos conficit ac concoquit, conſtat pro illius modo ſeu proportione cibum adminiſtrari debere, & pauco calori paucum, multo multum alimentum obijciendum eſſe. Paucus enim calor à multo alimen-

alimento extinguitur, non aliter quam flamma exgua à multa materia, fouetur autem à mediocri.

Sed videndum rurſus eſt (id quod Galenus admonet Aphoriſ. 13.) ne cibus nimium differatur, ſed vt paucus idemq; crebrius adminiſtretur, ſitq; illud quod exhibetur, in vniuerſum quidem paucum, ſed in plures portiones diſtributum.

Accidit enim ſenibus, quod lucernis penè extinctis, quæ continuam exigunt olei ſuffectionem, multam & cumulatam nequeunt ſuſtinere. Quare hic etiam concludit, tutius eſſe, vt ſeni præſertim imbelliori ter die potius quam bis cibus offeratur.

Senes qui facilè jejunium ferunt, de quibus Aphoriſ. 13. ſunt crudi viridesque ſenes, quibus tantum adhuc facultatis eſt, vt ſemel aſſumptum cibum conficere poſſint, quantum ſatis eſt ad longioris temporis ſuſtentationem. Ad confirmandam hanc doctrinam, commemorat Galenus duo exempla, vnum, Antiochi Medici octogenarij, alterum, Telephi Grammatici centenarij. Qui ambo, ſeruata prædicta victus ratione, ac cibo ſimplicisſimo vſi, vitam in multos annos prorogauerunt.

CAP. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT VII.

De Vini potione.

CONſtituto cibi modo, eoq; etiam conſtituto, quod ſenibus, quorũ natura frigida & ſicca, eſt & naturales facultates omnes imbecilles, alimentum conueniat calidum & humidum, & concoctu facilè, deinceps nunc aliquot alimentorum genera recenſet, quorũ in diętа ſenum quotidianus eſt vſus.

Vinum inquit, vt pueris eſt alieniſsimum, ita ſenibus eſt aptiſsimum. Eſt enim omnium alimentorum naturæ maximè familiare, facilimeq; in ſanguinem mutatur: corpora quæ laboribus vel ætate reſiccata ſunt, optimè humectat, nutrit ac reficit. Quare ſiccioribus omnibus naturis maximè conuenit, cum ſit vere calidum & humidum alimentum, quod corporis humidam ſubſtantiam auget.

Bilioſis juuenibus vinum etiam concedit Galenus, non nimis calidum, quod bilis partim ab huiuſmodi alimento vini contemperetur, partim attenuata expellatur.

Pueris vt ſupra lib. 1 cap. 15. dictum eſt, noxium eſt vinum, quod calidum & humidum ipſorum temperamentum non conſer-

uet, ſed

uet, ſed immodicè augeat, caput vaporibus repleat, mentem animumq; perturbet.

Senibus verò vino nullum aptius eſt alimentum, ſiue nutritionem ſpectes, ſiue ſeroſi humoris, qui plurimus in ſenibus eſſe ſolet, euacuationem.

Porrò Galenus vt alibi multis locis, ita hic quoq; multa vinorum genera recenſet, Græca & Italica, vt vnum aliquod genus deligat, quod ſenibus ſit accommodatiſsimum. Nos duo ſumma genera ſtatuemus, album, & rubrum ſeu nigrum. Rubra & nigra magna ex parte craſſa ſunt & aſtringentia, vel ſaltem albis craſsiora. Quare & tardius permeant, viſcera facilius obſtruunt, vrinas planè non mouent, calculos etiam magis gignunt. Hæc igitur ſeni propinari non vult.

Alba in tria genera commodè ita diſtingui poſſunt. Quædam enim ſunt conſiſtentia, tenuia & colore fulua, ad generandum bonum ſuccum, & juuandam concoctionem in primis vtilia, præterea etiam ad ſeroſi excrementi euacuationē accōmodata. Alia ſunt conſiſtentia quidem tenuia, ſed colore alba. Hæc non ita nutriunt, ſed ad promouendas vrinas potiſsimū valent. Alia

ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſunt alba dulcia quidem, ſed craſſa, quæ diu in ventre morantur. Quare ſenibus etiam non ita accommodata.

Primum auté genus alborum ſenibus eſt optimum: ſecundum crudis, vt dictum eſt ſupra lib. 4. cap. 12.

In primo genere numerat Galenus Ariuſium & Lesbium Græca, cum quibus comparat Falernum & Surrentinū, Italica. His annumerari poſſunt Hiſpanica noſtra. Eſt autem Ariuſium quod nunc Maluaticum appellamus, alij Aruiſium appellare malunt, ab Aruiſia loco aſpero & importuoſo in Chio Inſula, autore Strabone. Hinc corrupta voce Itali Maruaſium vocant, Germani corruptius adhuc Maluaſinum.

In ſecundo genere numerat Galenus Græca quidem Vitacazenum & Arſiinum, cum quibus comparat Italica, Sabinum, Albanum, Adrianum. Fortaſsis ſi Rhenanum nouiſſet, in eodem ordine collocaſſet.

In ſumma, in vinis ea cura adhibenda eſt, quæ in reliquis cibis, ne ea exhibeantur, quæ aliquo modo viſcera obſtruere poſsint, & tamen benè nutriant. Talia ſunt vina, quæ ſubſtantia ſunt tenuiſsima & cali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

calida, cuiuſmodi ferè ſunt, colore fulua, aut pallida: Quale eſt Ariuſium & Falernum, quæ in primo genere alborum collocabamus. Reliqua omnia aſtringentia, vel citra aſtrictionem craſſa, dulcia, & lentè permeantia, ſeu diu in ventre hærentia, quoniam facilè viſcera obſtruunt, ſiue alba ſint ſiue nigra, ſenibus vitanda ſunt. Obſtructionibus enim viſcerum ſenes maximè ſunt obnoxij, quę ſi diutius perſeuerent, hydrops, calculus, interdum etiam febres comitari ſolent.

Si eiuſmodi vina, qualia ſenibus conuenire diximus, nobis defuerint, præſtabit ex tenuium alborũ genere ſumere aliquod, idq; condire melle, præcipuè ſi vel calculi vel podagræ, vel hydropis ſuſpicio aliqua fuerit. Vtilè quoq; erit ſi aliquid petroſelini admiſceatur, præſertim ſi podagræ ſuſpitio ſit, bethonicæ nonnihil, ſi calculi. Hæc enim alimentum deducunt, obſtructiones expediunt, & ſeroſum excrementum expellunt.

CAPVT VIII.

Quæ carnes, piſces, panes ſeni conueniant.

SCopus is eſt, vt ſenile corpus nutriatur, ſed alimento non craſſo, lento aut tenaci, quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ci, quod obſtructiones facilè pariat. Periculoſiores enim ſunt obſtructiones, quæ à tali cibo, quam quæ à vino aſtringente, craſſo, dulci,eueniunt.

Carnes igitur quæ craſſum ſuccum gignunt, vt caprina, ceruina, vtiles non ſunt: Item,quæ humidæ, mucoſæ, ac glutinoſæ ſunt, & lentum ſuccum gignunt, vt ouilla, agnina, ſuilla, recens præſertim. Optima eſt hædina, item vitulina, vel bouis iuuenis, item veruecina, quemadmodum & auium, quæ extra paludes, flumina & ſtagna degunt.

In piſcium genere laudantur ſaxatiles & aſelli. Reijciuntur cetacei, anguillæ, oſtrea, & totum ὀστρακοδέρμων genus: Item, quæ cartilaginei dicuntur, vt raiæ, & quæcunq; carnem habent duram, non friabilem, concoctúq; difficilem.

Piſces autem & carnes mediocriter dies aliquot ſalita, ſalubriora ſunt omninò recentibus. Quod enim in recentibus lentoris ineſt, id ſale extenuatur. Præſtat autem carnes aliquamdiu etiam aſſeruari, priuſquam coquantur. Sic enim tenuiores & concoctu faciliores euadunt.

Annumerantur etiam craſsi ſucci cibis animalium viſcera, vt jecur, lien, cor, renes, pulmo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

pulmo,inteſtina,cerebrum,teſtes,paucis exceptis. Item, lentes,palmulæ,bulbi,aliaq; quamplurima leguminum, fructuum, & plantarum genera, quæ omnia recenſentur in libro de euchymia & cacochymia, item in libris de alimentis.

Hoc loco ſatis eſt, ſi quædam, quorũ frequentior eſt vſus, exempli cauſa proponantur,vt ea quæ modò dicta ſunt, piſces & carnes.Item oua, quæ aſſando vel elixando indurata ſunt,vel quę in ſartagine frigũtur, non craſſa ſolùm, ſed etiã cacochyma ſunt, atq; inter ea, quæ non benè concoquuntur, omniũ peſsima. Vertuntur enim in nidorẽ, & reliquos cibos ſecum vnà corrumpunt.

Caſeus omnis etiam craſsi ſucci eſt,ſed vetus etiam mali. Sic & placentæ, quæ ex lacte & caſeo præpatantur.

Verum inprimis panis maxima habenda eſt cura, vt ita ſit præparatus, quemadmodũ lib.4.dictũ eſt. Cui ſalis aut fermenti iuſta portio non eſt admixta,vel qui manibus non benè ſubactus ac elaboratus, vel in fornace non ritè eſt coctus,omnis huiuſmodi craſſus eſt,& aliqua ex parte etiam glutinoſus. Triticũ enim per ſe, & maximè tenuior tritici farina,quã ſimilam nominamus, craſſi & glutinoſi eſt ſucci, ſed corrigitur ipſa præparatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Placentæ, ἴτρια ſeu πέμματα, quæ ex ſimila, & butyro vel oleo præparantur, non ſolùm craſsi, ſed mali etiam ſucci ſunt, & concoctu difficilia. Quod ſi mel copioſius ipſis non admiſceretur, nullus, inquit Galenus, nocentior cibus eſſet, non ſenibus ſolùm, ſed omnibus etiam hominibus.

Sed quorſum, rurſus inquit, attinet vtilia noxijs miſcere: cum liceat vti melle vel crudo vel cocto, cum ſimplici pane, qui cibus ſeni aptiſsimus eſt, vt patet in exemplo Antiochi Medici.

De mellis delectu dictum eſt ante. Si Atticum ac præſtantiſsimum haberi nequeat, ſatis erit, ſi quoduis ſumatur, quod modo odore non ſit prauo, vel ceræ aut alicuius alienæ rei qualitatem referens. Verum panis, vt dictum eſt, maxima habeatur ratio.

Quod ſi præſcripta victus ratio tam exactè ſeruari non poſsit, vt omnia incommoda vitentur, & obſtructionis periculum aliquod appareat, locus erit medicamentis attenuantibus & incidentibus, de quibus ſupra lib. 4. moderate tamen adhibitis, ita vt à mitioribus ac minus medicamentoſis, vt allijs, cæpis, pipere, ozymelite piperato, ptiſana piperata, chondro, alijsq; cibis craſ-

ſiori-

floribus, melle & aceto conditis, primum auſpicemur, poſteà ad maiora & magis medicamentoſa procedamus.

Cepe & allia cruda comeſta, calefaciendi & attenuandi vim habent, propter præſentem acrimoniam, qua excocta ac depoſita, reliqua eorum ſubſtantia craſſa eſt & inutilis.

De pipere & oxymelite dictum eſt ſupra. Piper album, præſertim tuſum, cribratum, atq; in minimum pollinem redactum oxymeliti & quibuslibet alijs cibis & potibus admiſcetur. Si hæc non ſuffecerint, exhibebitur commodè medicamentum diatrium piperium, vel diacalamenthes, eo modo ac ratione, qua ſupra lib. 4. oſtenſum eſt.

Poſtquam huiuſmodi attenuantibus medicamentis obſtructi meatus rurſus fuerint reſerati, & aluus etiam ſubducta, poſtremò loco ex maioribus medicamentis aliquod propinari poterit vt theriaca, mithridatica confectio, ambroſia athanaſia, quorum compoſitionem vide apud Galenum lib. 1. de Antidotis, & Paulum Æginetam lib. 7. cap. 11.

Habent magnam facultatem craſſos humores extenuandi, & meatus per pur-

gandi. Quare & ſudores, & vrinas,& menſes plerumq; mouent, & vltimo loco in quartanis febribus, poſt concoctiones & purgationes rectè adhibentur. Vide Galenum lib. 1. ad Glauconem, in curatione febris quartanæ.

Senex certè, qui mediocrem valetudinis ſuæ rationem habuerit, vix talibus medicamentis opus habebit. Maiora autem hæc medicamenta, non vt alia attenuantia cibis admiſcentur, ſed ſumuntur mane à ieiunis, multo antè cibum, ne qua fiat ipſorum cum cibis permixtio.

CAPVT IX.

Quæ ſint lactis commoda & incommoda, & quis ipſius delectus.

INter eos cibos qui ſenibus conueniunt, non infimum locum tenet lac. Exemplum hîc commemorat Galenus ruſtici cuiuſdam, qui ſolo lacte vſus, interdum cum mica panis in eo macerata, interdum cum melle, vel crudo vel cocto, interdum cum thymi coma, centeſimum annum exceſſerat.

Verum ſimpliciter & abſolutè lac ſalubre alimentum ſenum dicendũ non eſt, ſed cum ea

cum ea additione, ſi probè in ventre concoquatur. Tum enim in bonum ſuccum vertitur, & benè nutrit. Quod ſi non benè in ventre concoquitur, vel nidorulentum efficitur, vel aceſcit, vt demonſtrat Galenus, Aphoriſ. 64. lib. 5. Lac dare caput dolentibus. In nidorem vertitur, ab intemperiè calida, in ijs quibus bilis redundat, vel qui vehementius febricitant, aut ſiticuloſi ſunt. Aceſcit autem à cauſis frigidis. Nidorem capitis dolores ſequuntur. Acorem, hypochondriorũ inflationes, obſtructiones, & grauitates. Plura vide in citato aphoriſmo. Conſulenda igitur eſt inprimis natura eius, qui lacte vti volet, atq; ei tantum eſt propinandum, qui id benè concoquit, & nullum inde incommodum ſentit.

Duos commemorat hîc Galenus, qui ruſticum illum imitati, lacte infeliciter vſi fuerãt. Alter eorum, quocunq; modo illud ſũpſiſſet, mox grauitatẽ circa vẽtriculi os, & in dextri hypochondrij regione tenſionẽ ſentiebat. Alter, primis quidẽ diebus nihil incõmodi, ſeptimo verò grauitatẽ dextri hypochõdrij ſenſit, quaſi hęrẽtis ibi lapidis. De quib. ita judicat Gal. priori ex debili lactis cõcoctione ortos flatus tẽſionẽ feciſſe: Alteri verò ex lacte concreto epar obſtructum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ctum fuiſſe. Et addit, alij cuidam ex diu-turno lactis vſu calculum in renibus natum eſſe, alij etiam dentes excidiſſe. Nocet e-nim dentibus & gingiuis, quod gingiuas tumentes & flaccidas, dentes putredini & eroſioni obnoxios faciat.

Verum hæc omnia lactis commoda & incommoda copiosè exponit Galenus pro-priò loco, nimirum lib. 3. de alimentorum facultatibus, cap. 14. de lacte. Vbi etiam affirmat, paucos eſſe, qui non aliquo modo à lacte offendantur. Oſtendit etiam eo-dem loco, quomodo incommoda ex lacte præcaueri, & contracta iam corrigi poſsint.

Quod ad lactis differentias attinet, ſu-muntur illæ potiſsimum ab animalis natu-ra, à paſcuis, à coctura ſeu præparatione.

Aſininum omnium maximè eſt tenue & ſeroſum, minimè omnium in ventre co-gitur, minimeq; eſt flatulentum, minus nu-trit, ſed magis ventrem ſubducit. Quare etiam præ cæteris omnibus tutiſsimè exhi-betur, vide Galenum lib. 7. Methodi.

Caprinum mediocris eſt ſubſtantiæ, ac minus ſeroſum. Quare & ventrem minus ſubducit, & magis nutrit, ſed rurſus faci-lius obſtruit: Verum addito melle & ſale minus cogitur, & minus obſtruit.

Vacci-

Vaccinum multo craſsius eſt. Quare & majus inde eſt obſtructionis periculum. Cætera vide proprio loco.

Paſcua plurimum habere momenti in generando & mutando lacte, hîc, lib. 7. Methodi, & citato capite de alimentis Galenus affirmat. Quædam enim ſunt multi lactis, alia ſunt prorſus ἀγάλακτα, alia lac animalibus præbent humidius, alia ſiccius, vt Tabiarum paſcua, de quibus lib. 5. Methodi. Quædam purgandi etiam facultatem lacti induunt, vt quæ copioſo Thitimallo vel ſcammonea conſita ſunt.

Coctura quoq; mutat lac. Crudum plus habet ſeri, ideoq; aluum magis ſubducit, & magis eſt flatuoſum: Coctum minus eſt flatuoſum, magis nutrit, ſed craſsius eſt magisq; obſtruens, præſertim ſi cum pane ſimilaceo, amido, oryza, aliaúe craſsi ſucci materia coquatur.

APPENDIX DE CEREVISIA, *qualis ſeni conueniat.*

Senibus natura frigidis & ſiccis conuenire alimentum calidum & humidum, quod bonum ſuccum gereret, facilè concoquatur, & viſcera, vt jecur, lienem, renes, minimè obſtruat, ſatis nunc eſt oſtenſum. Ta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

le erat vinum, natura calidum, & tenuê ſub-
ſtantia, vt maluaticum, aut reliqua flaua,
fulua, aut pallida, maluatici naturam refe-
rentia, vt Hiſpanica, Secca, Romanentia, &
in horum inopia, vinum mulſum, ex vino
albo tenui & melle confectum.

Quod ſi cereuiſijs vtendum ſit, quibus
ferè ſolis noſtrates vtuntur, deligantur ple-
niores, hoc eſt, quæ hordeaticæ polentæ
pluſculum receperunt, & ſatis nutriunt, be-
nè coctæ, & mediocriter lupulatæ. Ru-
bræ magis quam albæ conuenire videntur,
quod minus ſint craſſæ, & quod triticum,
quod emplaſticam & obſtruendi vim habet,
non recipiant, quemadmodum aliæ. Sunt
etiam rubræ ferè clariores, albæ craſſæ ma-
gis & turbidæ. Recentes & fæculentæ pla-
nè vitandæ ſunt. Similiter & nimium ve-
tuſtæ, & acidæ ſeu acres, & fumoſæ. Ve-
rum quemadmodum de lacte diximus, ita
in vſu cereuiſiarum cuiusq; natura explo-
randa eſt, atq; ea offerenda, qua quisq; ma-
ximè delectatur, ac minimè læditur.

CAPVT X. & XI.

I. *Quomodo incidentia & attenuantia ſenibus ſint exhibenda.*

II. *Quomodo quotidiè mouenda aluus & vrina.*

Dictũ

DIctum eſt modò proximo capite, apparente obſtructionis periculo, cibum dandũ ſenibus incidentem & attenuantem vt cæpas, allia, piper, ptiſanam piperatam, diatrium piperium, diacalaminthes. In hoc autem *10.* cap. repetit rurſus primã propoſitionem, ſenes eſſe natura ſiccos. Quare diligenter commonefacit, vt cibis & medicamentis attenuantibus, quæ ſimul etiam ſiccandi facultatem habent, vtamur moderatè, hoc eſt, nè intereà dũ ijs vtimur, propriam ſenũ diętam calidã & humidã intermittamus, & nè diutius medicamentis illis vtamur, quam obſtructionum vitia id requirant, id eſt, non ſemper & aſsiduè.

Vndecimo capite pro hypotheſi rurſus ſumit Gale. quod ſecundo de tẽperamentis demonſtrauit: Senes eſſe natura frigidos & ſiccos: Verũ cũ concoctiones habeant imbecilliores, & reliquas facultates lãguidiores, plurimo ſeroſo & pituitoſo excremẽto abũdare. Quod vt quã cõueniẽter expurgetur, inprimis magnã rationẽ eſſe habẽdã docet.

Pręterea cum aluus quoq; propter ſicciorem intemperiem, & expultricis facultatis debilitatem, ſenibus adſtrictior eſſe ſoleat, prouidendum etiam monet, vt ea mediocriter ſit laxa. Verum id non per diuretica &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tica & alia medicamentoſa, ſed per ea, quæ lenientia & lubricantia dicuntur, fieri præcipit. Vt vrinæ moueantur, ſatis eſſe, ſi vinum aliquod tenuè propinetur, mel potui ac cibo mediocriter miſceamus, juſculis apium, id eſt, petroſelinum, hyſopum, origanum, pulegium, incoquamus. Quorum omnium vſus ſit ante reliquos cibos, & in prima menſa.

Aluus lubricari ſatis poterit ante cibum aſſumpto oleo, item decoctis olerum, quæ in ſuperficie abſtergendi aliquã facultatem habent, vt braſsicæ, betæ, item piſorum, lentium, & ſimilium, adiectis oleo & garo. Vide Galenum lib. *3.* ſimplicium cap. *15.*

Garus liquamentum erat piſcium, quod ſingulari cura præparabant, facultate ſimile concharum & oſtrearum ſucco, qui etiam ciendi alui vim habet, vt oſtendit Galenus loco citato.

Conueniunt etiam fructus recentes humidi, vt ficus, pruna, ceraſa, mora recentia, item cucurbitæ cucumeres, pepones. Cum recentia ſunt iſta, laxant aluum, omnia ante cibum aſſumpta. Quo tempore hæc non vigent, ficus ſiccæ, quas caricas vulgò vocant, item pruna ſicca, elixata, aut in mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

mulſo ex copioſiore melle confecto macerata, vtiliter dantur. Huiuſmodi cibis ſatis eſt, ſi aluus quotidiè, vel ſaltem alternis diebus ſoluatur.

Quod ſi prædictis auxilijs ne tertio quidem die aluus ſoluatur, licet linoſoſten herbam, vulgò mercurialem, aut marinam braſsicam, vulgò ſoldanellam, aut enicum, vulgò carthamum appellatum, in priſana decocta propinare. Miſcet etiam Galenus puluerem, cnici cum caricis pari vel minori etiam proportione, pro ſumentis natura.

Verum hæc propius iam ad medicamentorum naturam accedunt. Nos pro ijs vſitatè vtimur caſsia fiſtula, diapumis ſimplici, folijs ſenè, radice polypodij, cum prunis, paſſulis, ficubus decoctis. Datur etiam commodè terebinna, vel eius loco larigna, vel abiectina reſina, pura & clara, circiter caſtaneæ vnius aut duarum magnitudinem, plus minusúe. Hæc enim aluum citra noxam mouent: præterea jecur, renes væſicam, & pulmones abſtergunt.

Aloe, etſi medicamentum eſt ἐκκοπροτικὸν καὶ εὐστόμαχον, hoc eſt, quod ſimul alui excrementa mouet, & ſtomacho robur addit: tamen cum ſit tertio ordine ſiccum,

ſeni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſenibus minus conuenit vt nec ipſa medicamenta, quæ ex ipſa præparantur, hieræ, & pillulæ.

Monet autem vtiliter Galenus, nè vno aliquo auxilio, quantumuis apto & conuenienti, eodemque modo præparato vtamur perpetuò, ſed vt tum remedia, tum præparandi modos alternatim variemus, ne aſſiduo vnius vſu natura aſſuefacta, vim eius tandem contemnat. Habenda etiam ratio eſt particularis naturæ, eorum qui aſſumunt. Alij enim ab alijs, & ab ijſdem plus minus medicamentis mouentur. Particularis autem hæc natura experientia eſt cognoſcenda.

Neq; verò expedit, vt per ea quæ modò commemorata ſunt, copioſius exhibita, magna fiat alui ſolutio, ſed ſatis eſt ſi mediocris tantum fiat lubricatio vel lenitio. Magnas enim ſolutiones, magna etiam ſequitur ſequentibus diebus aſtrictio. Quod ſi fortè ex immodica ſolutione, aluum conſtringi rurſus contingat, nulla ratione melius mollitur, quam cliſtere ex ſolo oleo infuſo, nulla acri materia admixta. Sic enim & excrementum ſiccum madeſcit, & ipſa inteſtina, duri corij vel durarum pellium inſtar rigentia emolliuntur.

tur. Eadem ratio eſt in conualeſcentibus, & ijs, quibus in longo morbo aluus ſiſtitur.

CAPVT XII. XIII XIIII.

I. *De duplici ſenio, naturali & acctdentali.*

II. *De mutatione conſuetudinis, quibus & quando ſit opportuna.*

Dictum eſt aliquoties, ſenium nihil aliud eſſe, quam frigidam & ſiccam intemperiem, ætatis ratione neceſſario prouenientem. Quod alij alijs citius ſeneſcunt, ea cauſa eſt, quod ad hanc intemperiem, proprio ſuo temperamento natiuo, vel ex victus ratione exſiccante, vel ex ſollicitudinibus, vigilijs, laboribus immodicis, contracto, ſint proniores. Sed accidit etiam interdum ſubitò iuuenilibus adhuc annis, ex febrili morbo ſenium, abſumpto nimirum per morbum primum cordis, deinde & aliarum partium humido ſubſtantifico: Appellat hunc affectum Galenus marcorem, vel ex morbo ſenium, vulgò hecticam ſenectutis, vide Galenum lib. *1.* cap. *10.* & *11.* de differentijs febrium: Item proprio libello de marcore, & lib. *7.* Methodi.

Porrò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Porrò quod mutandi aliquid in corpore indicationem præbet; non præſens eſt ætas, aut præterita victus ratio, aut morbus præteritus, aut cauſa vlla προκαταρκτική quæ iam eſſe deſijt, ſed affectus in homine permanens, vt hîc intemperies ſicca & frigida. Huic enim ſoli contraria opponuntur. Etſi autem omnes ex quacunq; cauſa frigidi & ſicci humectandi ſint & calefaciendi, prouidendum tamen eſt, vt id moderatè tempeſtiuè & tempore oportuno fiat. Magna enim inter hos differentia eſt; ſiue ætate, ſiue conſuetudine, ſiue morbo aliquo tales euaſerint.

Qui ætatis ratione ſicci & frigidi facti ſunt, omnem mutationem ægrè ferunt. Quare conſuetis laboribus exercendi ſunt & in reliqua victus ratione plus indulgendum, præſertim cum nec tantum vitæ reliquum habeant, vt mutatæ conſuetudinis commodis frui poſsint, etiam ſi à mutatione non offenderentur.

Qui verò ætate adhuc ſunt integra, etiamſi à puero mala conſuetudine vſi ſint, vires tamen habent, vt moderatè factam mutationem ſuſtinere, & fructum eius aliquem percipere poſsint. Habet etiam id locum tum in mutatione temperamenti, tum in

corre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

correctione particularium vitiorum. Exemplo id confirmat hîc Galenus cap. 13. ſe pueri cuiuſdam malè conformatum thoracem, deligationibus, brachiorum exercitationibus; vociferationibus, compreſsionē anhelitus, ad juſtam ſymmetriam reduxiſſe, Idemq; in juuene adulto fieri poſſe putat, in ſene nequaquam. Eodem modo ſi mutatione conſuetudinis temperamentum mutari propoſitum fuerit, liberius id tentari, & vtilius perfici poterit in puero adoleſcente, aut juuene ætate florente, quorum vires adhuc validiores ſunt, quam in ſene, eo præſertim, qui multum iam ætate proceſsit.

Cùm autem omnis mutatio fiat à contrarijs in contraria, eiq; quod mutare ſtudemus, contraria ſint ſemper opponenda, non ſolùm intemperies ipſa diligenter diſtinguenda ac definienda eſt, ſed etiam totius materiæ medicæ, hoc eſt, eorum omnium, quæ vel intro ſumenda, vel foris applicanda, vel facienda proponuntur, vires ac facultates exactè noſſe oportet.

Cæterum cum mutationem inchoamus, præſens corporum ſtatus conſiderandus eſt. Si enim ægrotant, prius ad propriam naturam, ſeu ad priſtinum tempera-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

mentum, quo per ſanitatem frui ſolebant, reducendi ſunt, neq; durante ægritudine conſuetudo, etiam ſi praua ſit, mutanda eſt. Facilior autem fit in naturalem ſtatum reditus, cum morbi natiuo temperamento, ætati, conſuetudini, aut tempori reſpondent, Vide aphoriſ. 34. lib. 2. Recuperata verò iam ſanitate, illud quoq; ſpectandum eſt, vt liber ſit is, qui mutationem conſuetudinis aggreditur.

Sit autem vſus contrariorum moderatus, hoc eſt, vt nec affatim, nec vehementiſſima, vel tanto etiam exceſſu, quanto eſt naturalis intemperies, quæ corrigitur, ſed mitiora primum, deinde magis magisq; valentia paulatim exhibeamus.

CAPVT XV. & XVI.

Non eſſe vnam ſalubrem victus, quæ omnibus ſit communis, ſed varias, ac pro naturarum differentijs diuerſas.

HActenus ſalubrem victus rationẽ, quæ temperato homini & libero per omnes ætates conueniret, his quinq; libris complexus eſt. Reliquũ nunc eſt, vt ijs etiam conſulat, qui nec optimo ſunt temperamento, nec liberi, Quam diſputationem ſequenti lib. 6. perſe-

perſequitur. His autem tribus vltimis capitibus lib. 5. viam ſternit ad iſtam diſputationem.

Ac primum reprehendit Medicos illos, qui in genere de ſanitate tuēda ſcribere auſi ſunt, non definitis prius ac diſtinctis naturarum differentijs, quiq́; vnam quaſi viuendi regulam omnibus ex æquo præſcribunt: Cùm nè ſutor quidem vnam calcei formam omnium pedibus accommodare poſsit. Et ex quotidiana experientia illud certiſsimum ſit, ab ijſdem non omnes juuari, ſed hos quidem juuari, illos verò lædi, ac rurſus à contrarijs juuari. Pauca admodum eſſe, quę ſimpliciter & abſolutè, ſed omnia ferè ad aliquid & eſſe & dici ſalubria: Et ſi quis argumentū vrgeat ab experiētia, facilè illud contraria experientia confutari poſſe.

Multis id exemplis hîc probat Galenus, oſtenditq́;, quantum in eo ſit periculi, ſi quis non explorata prius corporis conſtitutione, ſine indicatione & ſcopo, viuendi regimem præſcribere velit.

Sunt qui ſine omni detrimento balneo ſatis diu abſtinere poſſunt. Premigines verò Mitylenæus Philoſophus, ſi vel vno die lauationem intermitteret, illico febricitabat. Colligebat inde Galenus,

abundare ipſum in habitu multis acribus ac fumoſis excrementis, quæ cum retinebantur, febrem facilè accendebant: Balneum verò non ſolùm ea euacuabat, ſed corpus etiam dulci quodam humore imbuebat. Galeni coniecturam de acribus excrementis retentis, confirmabat calidum & ſiccum ipſius Premigenis temperamentum, corporis calor tactui occurrens, acris &mordax,ſudores omninò retenti niſi prouocarentur, ſtudium & meditatio eius aſſidua.

Quod ad exercitationem attinet, dici non poteſt,abſolutè eam eſſe ſalubrem cum Hippocrates *6.* Epidemiorum, partic. 4. aphoriſ.*13.* ita ſcribat. Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, quies conueniunt. Cùm verò alio loco monet,vt labores cibos præcedant, non omnibus exercitationem imperat, ſed ordinem tantum cibi & exercitationss monſtrat, vt ſciant qui vtroq; opus habent, quid prius, quid poſterius facere debeant.

Recitat autem hîc Galenus triplices quorundam de exercitatione ſententias, quas omnes, quia ab indicatione, quæ à corporis affectu ſumitur, non proficiſcuntur, tanquam inutiles reijcit. Quidam in-

diſtin-

diſtinctè omni corpori, alij contrà nulli ſalubrem eſſe exercitationem volebant. Tertij conſuetudinem tantum ſpectantes, ijs ſalubrem eſſe cenſebant, qui quocunq; modo exerceri conſueuiſſent, ijs qui non conſueuiſſent, inutilem. Hi omnes, inquit Galenus, quia corporis affectum, à quo omnis agendorum ratio petenda eſt, non conſiderant, tota via errant: minus tamen inter eos, illi, qui quamcunq́ conſuetudinem ſeruari volunt. Fit enim ferè, vt poſteaquàm incommoda aliqua ab ijs, quæ naturæ noſtræ aduerſa ſunt, experti ſumus, ijs ſpontè noſtra aſſueſcamus, quæ naturæ noſtræ magis conueniunt. Verum cum multæ ſint prauæ conſuetudines, & ſæpè ea etiam in conſuetudinem trahamus, quæ noxia & inſalubria ſunt, non valet vniuerſaliter ſententia eorum, qui quamcunq; conſuetudinem ſimpliciter ſequendam eſſe docent. Horum errorum cauſam Galenus partim in malis magiſtris, partim in diſcentibus ſtatuit. Magiſtri, dum artem nouare, ac breuiorem efficere ſtudent, & nomen Noui Autoris captant, abſurda ſæpè dogmata fingunt. Diſcentes verò natura hebetiores, & demonſtratiuæ ſcientiæ imperiti, facilè ſe in errorem perduci patiuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT XVII.

Formam quandam præſcribit, quomodo cum diſtinctione omnia ſint percipienda.

QVI calidi & ſicci ſunt, id eſt, quorum calor mordax eſt, adeò vt fumoſa excrementa gignat, per cutem & per habitum euacuanda, his balneum ſalubre eſt, ita vt bis vel ter die potius quam ſemel lauari expediat. Motus omnis multus & celer aduerſiſsimus eſt, exiguus lentusq; nihil incõmodat. In ſole verſari, multũ cogitare, iraſci, noxium eſt. Cibus ipſis offeratur non attenuans, ſed qui craſsiorem ſuccũ gignit.

Et contra, qui frigido & humido ſunt temperamento, nihil obeſt, ſi vehementius exercitentur, etiam in ſole & puluere, ſi balneo aſtineant, ſalubris quoq; ipſis eſt victus attenuans.

Calidum & humidum corpus, quatenus humidum quidem eſt, exercitationem requirit, quatenus calidum, non multam aut celerem. Cauendum autem eſt, ne ex ocio ad exercitationem traducatur, niſi prius ſit euacuatum. Per exercitationẽ enim quicquid in humoribus craſſum eſt, aut modicè frigidum, & ſuo loco conſiſtens, funditur, & in ſpiritum vertitur. Hinc iam morbi

morbi varij exiſtunt. Eſt enim huiuſmodi calidum & humidum temperamentum pręcæteris, reumaticis morbis, & qui ex plenitudine ortum habent, maximè obnoxium. Apparet id verno tempore. Tum enim humoribus fuſis ab aëre incaleſcente, anginis, catarrhis, ſanguinis profluuijs, coſtalibus morbis, ophthalmia, peripneumonijs, aliarumq; partium inflammationibus, facilè ex leui occaſione tentari ſolent. Quos morbos, qui præcauere volet, neceſſe habet, vt ſanguinis detractione maturè ſub veris initium corpus euacuet, ſecta vena, vel ſcarificatis malleolis, vel medicamento, quod bilem & pituitam, & ſeroſos humores ſimul expurget, vtatur.

Quemadmodum autem in tali corpore exercitatio talibus morbis occaſionẽ prębet, ita & balneum. Id enim humores liquidiores ac fluxibiliores, & meatus per quos fluxiones fiunt, patentiores efficit. Quare & antequã balneo vtatur, euacuari conuenit, euacuatũ lauari poſteà aqua non planè dulci ac potabili, ſed quæ aliquam digerendi vim habeat, incoctis digerentibus herbis, aut iniecto ſulfure.

Quod ad vini potionem attinet, diſtinguit Galenus calidas naturas tripliciter. Vna

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

citer. Vna eſt, quæ calida eſt, ſola caliditate exuperante, in humido & ſicco temperata. Altera, quæ præter caliditatem exuperantem etiam habet ſiccitatem. Tertia, quæ in caliditate & humiditate excedit. Prima ſemper eſt moderata & calida: reliquæ intenſæ eſſe poſſunt. Sed quæ humiditate inteuſa eſt, non longo tempore durat. Præter hos calidos etiam nominamus, qui plurimũ habẽt calidi innati, cuiuſmodi maximè tẽperati & validi eſſe ſolent.

Quod verò Hippocrates monet: Calidæ naturæ aquæ potionem conuenire, id non abſolutè intelligit de quibuſcunq; calidis, ſed de ijs tantum, qui ex intemperie calidi ſunt, & plurimum à temperato recedunt, non de ijs qui plurimum habent calidi innati. Ijs enim vt præſens temperamentum & vires conſeruet, vinum exhibebitur. Alijs verò, quibus caliditas vel ſola, vel cum ſiccitate aut humiditate exuperat, vinum plus minuſúe diluendum eſt, vel ſola aqua propinanda, prout plus minuſúe, aut plurimum à medio temperamento receſſit. Qui contrario temperamento ſunt, frigidi & ſicci, quales ſenes omnes eſſe oſtendimus, ijs vinum etiam ſatis calidum aptiſsimum eſt.

LIBER

LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM & Diuiſio huius libri.

QVOMODO corpus optime temperatum & liberum, in ſanitate ſit conſeruandũ, nè præpropere vel ſeneſcat vel intereat, quinq; ſuperioribus libris traditum eſt. In hoc ſexto libro rationem ſanitatis tuendæ ijs præſcribit, qui vel corporis ſtatum vitioſum, vel genus vitæ non liberum, vel vtrumq; ſortiti ſunt. Etſi autem hæc tractatio per ſe ſit prolixior, breuior tamen erit, quod plurimarum materiarum, quarum in tuenda ſanitate vſus eſt, vires prius ſint explicatæ: quodq; doctrina de intemperatis, ex fundamento de temperatis dependeat. Primum itaq; proponit Galenus corpus intemperatum, æquali intemperie, & vitam liberam. Deinde corpus temperatum & vitam ſeruilem. XII. capite & ſequentibus diſputatio omnis eſt de inæquali intemperie corrigenda.

C *A P V T* I. & II.

PRimum caput tantum continet dicto-rum recapitulationem.

Secundum caput Hypotheſes quaſdã ad inſtitutam diſputationem neceſſarias, vtputa, intemperiem quandam eſſe æqualem, quandam inæqualem, quemadmodũ & inſtrumentalium partium compoſitio æqualis eſt, vel inæqualis. Et æqualẽ intemperiem eſſe, cum omnes corporis partes ſimiliter, & in ijſdem qualitatibus à temperato recedunt. Inæqualem, cum aliæ partes alijs atq; alijs qualitatibus à temperato recedunt, vt cum ventriculus frigidus eſt, caput calidum, vel contra. Item, æqualem intemperiem deteriorem eſſe, quæ excedentes qualitates validas habet, præcipuè frigidam & ſiccam intemperiem. Item, vnam aliquam ſimplicem intemperiẽ, in vna ſola qualitate non diu ſubſiſtere, quin accedente alia qualitate exuperante fiat compoſita. Item, pueritiam eſſe calidam & humidam: ſenectutẽ frigidã & ſiccam: mediam ætatẽ ferè temperatam. Quæ omnia in libris de temperamẽtis ſatis ſunt demonſtrata, & hic paucis à Galeno pro hypotheſibus repetita.

C *A P V T* III.

I. *De inæquali intemperie calida, in ſicco & humido mediocritate ſeruata.* II. *De*

II. *De calida & ſicca.*
III. *De calida & humida.*

QVI ab initiò ſunt natura calidi, in altera verò oppoſitione, hoc eſt, in ſicco & humido temperati, ſtatim ſunt ſaniores iis, qui in vtraq; oppoſitione ſunt intēperati, atq; ad perfectè temperatos proxime accedunt. Quare in prima ętate vſq; ad adoleſcentiā, quamdiu ſcilicet hoc in ipſis tēperamentū durat, non aliter quā temperati educandi ſunt. Notæ huiuſmodi temperamēti ſunt, cæteris citius dentire, articulatam vocem edere, & ſingulis annis ad proportionem creſcere.

• Verū cum primo libro demonſtratū ſit corpora aſsiduè magis magiſq́; ſicceeſcere, & calor exuperantior humidū paulatim abſumat, neceſſe eſt, vt qui in prima ætate calidi, in humido verò & ſicco tēperati fuerint, in adoleſcentia tandem calidi & ſicci euadant. Sunt autem huiuſmodi minus iam ſani, & biliofis morbis magis obnoxij. Vt verò in ſanitate conſeruentur, alia ratione quam temperati tractandi ſunt, quemadmodum paulò ante in fine lib. 5. dictum eſt. Celeres & robuſtæ exercitationes, quę corpus denſant & extenuant, ipſis non conueniunt, ſed lentæ ac molles, quæ corpus

im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

implent ac rarefaciunt. Quibuſdam valdè calidis, & ijs qui etiam ſtatim ab initiò ſicci ſunt, loco exercitationis ſufficit ſola inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Laſsitudines, apricationes, vſtiones ſiccæ ſub ſole, omnibus huiuſmodi vitandæ ſunt.

Quoniam verò contrarijs mutare hanc compoſitam intemperiem expedit, cibi offerentur humi, boni ſucci, & refrigerantes, maximè æſtate, ad craſsitiem magis quam tenuitatem declinantes. Propinabitur vinum album, tenuè, & aquoſum, vel aqua dilutum, interdum aqua ſola, pro ipſius intemperiei magnitudine & exceſſu. Somnus erit prolixior. Hic enim corpus humectat, vigiliæ contra ſiccant. Venus omnibus ſiccis naturis eſt inimiciſsima. Animi pathemata, quæ ſpiritus vehementer conturbant, vt ira vehemens, & aſsidua meditatio, ſollicitudines, curæ, non minus quam vehementes corporis motus, calidis & ſiccis naturis obſunt. Accendunt enim calorem ipſorum immodicè, & acutas febres plerumq; ſuſcitant.

Porrò corporis humores temperamento ferè reſpondere ſolent. Quare in huiuſmodi corporibus calidis & ſiccis, maximè ſi ab

ſi ab initiò etiam talia fuerint, primum pallida ſeu flaua bilis, deinde etiã ex dauſtione atra magis redundat, excitatque ferè morbos & ſymptomata biliosa, vt vomitus, colorem ictericum, vigilias, deliria, eriſipelata, febres tertianas ardentes.

In expurgandis autem humoribus obſeruare nos oportet naturæ motum, eumq; ſequi, quatenus per loca conuenientia fit, juxta doctrinam *21.* aphoriſ. lib. *1.* Si igitur in propoſito corpore bilis ſua ſponte deorſum in inteſtina repat, & vna cum communibus alui excrementis euacuetur, nihil eſt, quod nos amplius optemus aut moliamur. Si verò in ſuperiorem ventrem, id eſt, ventriculum aut ſtomachum feratur, nihil eſt magis expediens, quam ſi per vomitum expurgetur. Mouetur is facilè, propinata tantum aqua tepida, vel ſi ab aqua difficilius vomat, concedit etiam Galenus, vt aliquid vini dulcis propinetur, epota tamen prius aqua. Tempus vomendi idoneum eſt illud, quod medium eſt inter exercitationem & cibum.

Acre & mordax excrementum, quod in habitu aſsiduè colligunt calidi & ſicci, facilè diſcutitur molli ex oleo frictione, & balneo frequenti etiam à cibo: Quo qui dele-

delectantur, magnum etiam ſentiunt gracilitatis remedium. Plurimum enim craſſeſcunt. Sed cauere rurſus debent hi, ne crudum alimentum in venas deducant, vel in epatis obſtructiones incidant. Si igitur dolorem aut grauitatem aliquam dextri hypochondrij ſenſerint, non ſolùm balneo à cibo abſtinebunt, ſed craſsis etiam cibis, & ijs maximè, qui ſimul etiam ſunt viſcoſi: vtentur verò alimentis attenuantibus, dum rurſus leue & ſine dolore hypochondrium exiſtat.

Pro medicamento conferet dilutum comæ abſinthij; Item, quod ex coma abſinthij, aniſo & amigdalis amaris componitur: Item medicamentum diacalaminthes, ſi ex oxymelite propinetur, verum non diutius, quam obſtructio ſit ſoluta. Tempus exhibendi hæc medicamenta eſt matutinum, poſteaquàm ſurrexerint, & priuſquàm ad balneum accedant. Differendus etiam cibus eſt aliquantulũ, vt non prius offeratur, quam medicamentum iam ſit vtcunq; diſtributum.

Quod ad mutationem temperamenti attinet, repetit hîc rurſus Galenus, quod lib. 5. dictum eſt. Mutationem omnem fieri per contraria, conſeruationem per ſimilia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sed faciendæ mutationi præfici vult medicum peritum, qui & moderatè, & ſuo queque tempore contraria ſciat adminiſtrare. Ipſum autem hominem, cui curatio adhibetur, vult liberum eſſe, omnibusq; muneribus & negotijs ſolutum. Qui liber ita non eſt, ei non contraria, ſed propria ac naturæ eius familiaria danda ſunt. Hæc enim & jucundiora ſunt, & magis nutrientia in ijs, qui æquali ſunt intemperie. Nam ſi inæquali intemperie fuerint, poterit eſſe aliquid in aſſumendo jucundum, non tamen omnibus partibus propriũ ac conueniens.

Eſt autem alimentum, quod propriũ ac familiare dicitur tale dupliciter, ſecundũ qualitates, & ſecundum totá ſubſtantiam. Qualitatum ſimilitudinem indicant ſapores, juxta doctrinam Galeni in 4. lib. ſimplicium. Totius ſubſtantiæ ſimilitudo ſeu proprietas, ſola experientia ex euentu cognoſcitur. Eſtq; hæc præcipua nutritionis omnis cauſa, atq; ob hanc maximè ea quæ eduntur ac bibuntur, quantumuis ſint ſpecie & qualitatibus diuerſa, in ſubſtantiam corporis mutantur.

Quemadmodũ autem familiare duplex eſt, ita alienũ ſeu contrarium duplex etiam erit, ſecundum qualitates & ſecundũ totam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſubſtantiam. In mutatione verò tempera-
menti, non ea quæ tota ſubſtantia, ſed quæ
contrarijs qualitatibus diſsimilia ſunt, ex-
hiberi debent; vt calida alimenta frigidis
corporibus, frigida calidis; humida ſiccis,
ſicca humidis. Verum cum caliditas &
frigiditas potentiſsimæ ſint qualitates, quæ
à ſimilibus alimentis facilè in morboſam
intemperiem degenerent, exceſſus earum
magis metuendus eſt, quam humiditatis &
ſiccitatis. Quare in calida & frigida δυσ-
κρασίᾳ contraria quocunq; tempore con-
ueniunt, in humida & ſicca minus eſt peri-
culi, ne in morbum degenerent. Indiffe-
ſunt ætates. Prima enim pueritia & ado-
leſcentia valdè habent humidam carnem,
ſenectus verò ſiccam, & tamen propria ſa-
nitate fruuntur.

CAPVT IIII.

Qvarto capite agit Galenus de calido
& humido temperamento, quod ple-
riq; medicorum ac philoſophorum lauda-
uerunt, quaſi maximè eſſet ſecundum na-
turam, quòd ex diametro pugnet cum fri-
gido & ſicco, quod conſtat peſsimum eſſe,
& naturæ maximè contrarium. Verum
lib. 1.

libro primo de temperamentis, hoc loco, item paulò ante in fine libri quinti demonſtratur; hoc temperamentum calidum & humidum vitio non carere.

Etſi enim in poſterioribus ætatibus cum minus exuperat, minus habeat periculi, ſitque cæteris omnibus magis longæuum, tamen in primis ætatibus, vt pueritia, adoleſcentia, cum maior eſt eius exuperantia, omnium maximè reumaticis, plethoricis, ac putredinoſis morbis eſt obnoxium. Quare & magna prouidentia opus eſt, vt & ab his morbis præſeruetur, & quod in omni ſalubri diæta propoſitum eſt, naturalis partium humiditas conſeruetur, & ſiccitas, quæ ſenectutē & mortem accelerat, quam diutiſſime arceatur. Siccior diæta corpus immodicè ſiccat, & ad ſenectutem accelerat: Humida rurſus humorum copiam & excrementa plurima generat. Prudentis itaque medici eſt, mediocrem ac conuenientem victum inuenire, pro temperamenti exceſſu, item temporum ac locorum natura.

In primis autem operam dabimus, vt quæcunq; aſſumuntur alimenta, in ventriculo exactè concoquantur. Quæcunque enim ibi corrnmpuntur, cum in omnibus corporibus, tum maximè in his, putridis

morbis materiam præbent. Deinde prouidendum eſt etiam, vt excrementa omnia probè euacuentur, aluus ſit laxa, vrinæ non retineantur, propinato vino aliquo tenui & aquoſo. Quæ verò ab vniuerſo corpore defluunt, frequenti exercitatione, & balneo frequenti ante cibum adhibito, euacuentur. Conuenit ipſis etiam lauatio in aquis calidis ſpontè natis, quæ digerendi vim habent: Iis enim maximè iuuantur.

Quod ſi caput grauatum videatur, conuenient apophlegmatiſmi, qui pituitam à capite detrahant,. Quod ſi maior aliqua plenitudo eſſe videatur, minimè in his verenda eſt venæ ſectio, vel etiam purgatio, vt ſupra dictum eſt in fine lib. 5. Quod ad venerem attinet, affirmat Galenus eam his ſolis eſſe innoxiam.

CAPVT V.

I. *De Frigida & ſicca intemperie.*
II. *De Frigida & humida intemperie.*
III. *De Frigida tantum.*

PEſsimum omnium temperamentorum, quę à temperato recedunt, eſt frigidum & ſiccum. Qui enim eo præditi ſunt, omnes naturales vires imbecilles maximè habent, & citò

& citò ante diem ſeneſcunt. Quod enim alijs ætatis decurſu accidit, id ſtatim his adeſt. Non aliter igitur quam ſenes maturè tractandi ſunt, vt vniuerſa dięta ad calidum & humidũ ſpectet. Exercitationes ſint modicę, frictiones ex oleo molles, balneum copioſius, minus tamen frequens: pauca enim colligunt fumoſa excrementa. Cibus nutriens & concoctu facilis, vinum fuluum & calidum, ſomnus prolixior, vrinæ & communia alui excrementa benè euacuentur. Si obſtructionis periculum appareat, adhibeantur remedia libri 5. Venus nulla ſit. Ea enim cum omnibus ſiccis naturis aduerſa eſt, tum maximè nocet ijs, qui ſimul etiam ſunt frigidi.

Frigidum & humidum temperamentũ inter vitioſa etiam numeratur. Obnoxium enim eſt reumaticis morbis, ſed minus quã calidum & humidum. Prodeſt ſic affectis exerceri, & prorſus non lauari: Victus tenuis, vinum calefaciens, & vnctiones calidæ, cuius generis nonnullæ expoſitæ ſunt lib. 4. cap. 15.

Qui frigidi tantum ſunt, in ſicco & humido temperati, ſaniores ſunt, quam qui duplici qualitate excedunt, nec aliud in ipſis requiritur, quam vt mediocriter

excitetur ac roboretur calidum innatum. Id fiet exercitatione, cibis calidioribus, potu vini.

CAPVT VI.

Quomodo ſanitatem tueantur, qui corporis ſtatu ſunt inculpato, ſed vitam agunt ſeruilem.

SAnos dicimus, qui nulla corporis parte dolent, & vitæ officia rectè obire poſſunt. Sic hoc loco inculpato corporis ſtatu ſeu benè temperatos eſſe dicimus, qui neq; ab internis, neq; externis cauſis facilè læduntur. Hi ſi in vitæ conditionem ſeruilem inciderint, vel ipſi ſe voluptatibus & intemperantiæ, aut negocijs nimirum manciparint, accidit plerumq; ob vitioſam victus rationem, quod intemperatis ob vitioſam naturam accidere ſolet, vt vel continuò, vel certis anni temporibus ægrotent.

Primum autem Galenus pro exemplo proponit ſui temporis aulicos, qui principibus manè aſsiſtere, totoq; die ſeruire cogebantur, nec ante diei finem dimittebantur. Hos putat hyeme, cum Romæ longiſsimi dies ſunt horarum nouem, aut paulò minus, noctes longiſsimæ horarum quindecim, aut paulò plus, veſperi cum

occi-

occidente ſole dimittuntur, ſatis habere temporis, vt commodè fricari, vngi, exerceri etiam ſi opus ſit, cœnare & dormire poſsint. Æſtate verò, cum Romæ longiſsimi dies ſunt horarum quindecim, breuiſsimæ noctes horarum nouem, aut paulò plus, excuſari aulicos etiam non poſſe putat, ſi corporis curam negligant. Solet enim, inquit, Antoninus Imperator hyeme ſole occumbente paleſtram ingredi, æſtate verò hora nona aut ſaltem decima (intelligit horas temporales non æquinoctiales) Principe autem paleſtram ingreſſo, dimittebantur miniſtri, licebatq; ipſis reliquum tempus, quod ferè erat horarum quindecim, vſq; ad ſolis ortum, curando corpori tribuere.

CAPVT VII.

Si benè temperati in plethoram vel cacochymiam aliquam fortè inciderint, quomodo ipſis ſit ſubueniendum.

SI non neglecta recta victus ratione, aliquod tamen incommodum valetudinis ſenſerint, qui benè ſunt temperati, id ab interna aliqua cauſa oriri veriſimile eſt. Internarum autem cauſarum, duo præcipua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſunt genera, plethora & cacochymia. In plethora boni ſucci æqualiter aucti æqualiter diminuendi ſunt. Fit id ſanguinis detractione, inedia, ciborum, qui multum nutriunt, abſtinentia, exercitatione multa & celeri, frictionibus rarefacientibus, poſt lauationem adhibitis.

Qui celeriter magnam copiam coaceruant, ijs celeriter diminuere eam opus eſt, quantitate ac qualitate nutrimenti ſtatim diminuta. Qui lentè copiam colligunt, & celeri diminutione non egent, ſatis eſt ſi de altero, quantitate vel qualitate, aliquid detrahant. De quantitate nutrimenti detrahitur, cum parum comeditur: De qualitate, cum pro cibo validi nutrimenti aſſumuntur ea, quæ exigui ſunt nutrimenti, vt pro carne ſuilla, olera, legumina, piſces, auiculæ. Hæc ſunt plethoræ remedia quæ homini benè temperato, vel libero, vel in vita ſeruili accidere ſolit. Eadē remedia repetuntur à Galeno in lib. 11. Methodi cap. 6.

Cacochymiæ vnius generis remedia præſcribi non poſſunt. Eſt enim ipſa varia & multiplex, pro humoribus, qui alijs magis redundant, bilioſi, pituitoſi, ſeroſi, melancholici. Commune tamen omnibus eſt auxilium alui deiectio, potiſsimum

tamen

tamen ijs, quibus naturaliter eſt aſtrictior. Cietur autem aluus remedijs libro 5. cap. 11. enumeratis, quæ partim etiam ſequenti capite à Galeno repetuntur.

CAPVT VIII. & IX.

I. *Quoties in die cibum ſumere conueniat eos, qui vitam ſeruilem agunt.*

II. *De ijs, quibus venter eſt bilioſus.*

III. *De ijs, quibus cibi in ventriculo corrumpuntur.*

SEmel ne an bis ſumendus ſit cibus die, partim ex corporis natura, partim ex conſuetudine, quæ in ſeruitute temerè mutanda non eſt, conſtitui oportet. Natura bilioſi longam inediam non ferunt, pituitoſi eam ferunt facilius. Rurſus cibus qui ante exercitationem aſſumitur, crudus in venas deducitur, & obſtructiones facere ſolet.

Suam autem Galenus conſuetudinem exponit, cum inquit. Propter negocia ſerius ad balneum accedere cogebar, circa quartam horam, (.i. inter noſtram horam nonam & decimam) cum anni tempus ferè eſſet æquinoctiale, ſumpſi cibum ſimpliciſsimum, nimirum ſolum panem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

non conditum, & ſine vllo potu, & ea quantitate, vt decima hora (id eſt paulò ante quartam à prandio noſtro) concoctus eſſet. Qui enim tum concoctus non eſt, cum exercitatio inchoatur, caput vaporibus replet, & viſcera obſtruit, vt nouo rurſus remedio opus ſit, quod obſtructa aperiat, videlicet oxymelite, diatrion piperium. Verum hæc incommoda vitantur, cum illud prouidetur, vt quicquid cibi aſſumitur, concoctum ſit, priuſquam exercitationem aggrediaris.

Ex hac doctrina facilius iam iudicari poteſt, prandium ne cœna, an cœna prandio largior eſſe debeat: Scopus vniuerſus is eſt, vt caueamus, ne ex longiori inedia, bilioſa aut alioqui maligna aliqua ſanies ad ventriculum confluat, de qua infra *13.* cap. dicetur: Et rurſus, ne ex importuna cibatione ante exercitationem & balneum, venarum cruditas & obſtructio oriatur.

De ijs quibus venter eſt bilioſior, dictum eſt paulò ante, quomodo ante cibum bilis ſit euacuanda, ſi ad ventriculum repat. Hoc autem loco monet etiam Galenus, vt ita affectis, ante reliquos cibos ea primum adminiſtrentur, quæ molliendi ac lubricandi facultatem habent, vt olera ex oleo,

& ga-

&c garo, & ſimilia lib. 5. expoſita, cap. 11. Cibi aſtringentes, & vina auſtera non offerantur, niſi fortè cibo vniuerſo aſſumpto, materia aliqua aſtringente ventriculi orificium roborare ſit propoſitum. Id enim ita roboratum facit, vt cibus aſſumptus melius concoquatur, & facilius deorſum detrudatur, & minus poſteà ſanioſæ ac bilioſæ materiæ ad ventriculum confluat.

Quibus cibi in ventriculo corrumpuntur, niſi maturè occurrant, aut cibus corruptus ſua ſponte in aluum deſcendat, facilè in putridos morbos incidunt. Quibus igitur non deſcendit, ijs vel per vomitum vel deiectionem, id quod corruptum eſt, euacuandum eſt, ac diligenter prouidendum, ne tale interea alimentum offeratur, quod fumidum ſit, aut malè olens, aut facilè corruptibile. Aluus mouebitur cartamo, cnico, epithymo, pro quibus nos vtimur caſſia, ſene, polypodio. Galenus vtitur medicamento dioſpolitico, quod recipit nitrum, quo nos caremus, tandem etiam adhibet hieram picram ex oleo, de qua libro 7. Methodi, & infra cap. 14.

CAPVT X. & XI.

I. *De corpore gracili.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

II. *De corpore obeſo ad mediocritatẽ reducendo*

REprehendit hîc primum Galenus in-
temperantiam eorum, qui etiam feſtis
diebus, quibus à ſeruilibus officijs liberi o-
mnes eſſe ſolebant, ad commeſſationem &
crapulam abutuntur, & minus etiam tum
quam alijs temporibus valetudinis ſuę curam
habent, neq; podagra, arthritide, nephriti-
de, alijsq́; longis & acutis morbis mouen-
tur, vt tẽperanter viuant. Taxat etiam mol-
litiem, vel, vt ipſe appellat, κενοδοξίαν, id
eſt, ambitionem quorundam, qui ægrotare
malunt, quam artis præceptis obſequi. Ple-
riq; , inquit, valde graciles quiduis ferre
malunt potius, quam pice inquinari ſe pa-
tiantur, cum nullũ ſit gracilitatis remedium,
quod cum picatione ſeu dropaciſmo poſsit
æquari. Meminit etiam huius remedij ſu-
pra lib.5.cap.5. vbi pueri cuiuſdam 13. anno-
rum crura gracilia hoc auxilij genere curaſ-
ſe ſe commemorabat. Item lib.14. Metho-
di cap.16. vbi hoc remedium ad carnem in-
ſtaurandam accommodatiſsimum eſſe ſcri-
bit, ſiue toti corpori, ſiue particulari alicui
membro extenuato adhibeatur. Atq; etiam
mangones ſe vidiſſe affirmat qui præter cę-
tera etiam hoc remedio vtebantur, in manci-
piorum ſuorum graciliorũ carne augenda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Abraduntur primum corporis pili, deinde pix arida, corio vel duplicato linteo illita, calens corpori inducitur, reuelliturq́ue aliquoties, dum rubor ac tumor in carne appareat, quem modum etiam in frictione, percuſsione, exercitatione, perfuſione aquæ calidæ, ſeruare oportet, vt videlicet apparente rubore ac tumore deſiſtamus, priuſquam caro rurſus ſubſidat & exalbeſcat.

Cùm enim gracilitatis præcipua cauſa ſit intemperies frigida & ſicca, atq; inde orta facultatis nutritoriæ, vel eius quæ alimentum diſtribuit, vel vtriuſq; imbecillitas, conſilium eſt, vt ſanguis, proprium partium alimentum, in partes attrahatur, attractum verò non exhalet, & facultas nutritoria roboretur. Perficiuntur autem hæc omnia excitato calore mediocri picatione, non nimium ſæpè adhibita, ſed tribus aut quatuor diebus, hyeme bis, æſtate, cum corpus citius reſoluitur, ſemel in die.

Si vberiore calore natura excitanda videatur, ad decem dragmas picis, poterit addi circiter dragma vna piperis, pirethri, euphorbij, & ſimilium. Additur & quarta vel quinta pars olei, vt minus adhæreat. Quodſi tamen pertinacius adhæſerit, diluetur aqua calida, & locus decocto furfu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſurfurum abſterſus oleo ſimplici illinetu
Hæc de dropace ſeu picatione ſatis.

Quam ſi quidam tamen præ mollit
non admiſerint, alia etam remedia hic
citato loco Galenus præſcribit. Frictio
nem primo mediam inter mollem & aſp
ram, deinde cum rubere corpus cœpe
duram non multam, quæ cutem durer
denſet, poſteà ſequetur exercitatio medi
cris & pauca. Hanc deinde excipiet lau
tio, citra longam in balneo moram, quod
ætas non prohibeat, etiam in frigida lau
tio. Hanc rurſus ſequetur abſterſio, dur
frictioni ſimilis, vnctio ex oleo exiguo. Id
enim emplaſticam vim habet, & cutis
meatus obturat, prohibetq́; quo minus id
quod attractum eſt, exhalare poſsit. Poſtre
mò cibi offerantur, qui bonum ſuccum &
craſsiorem gignunt.

Obeſitas contraria ratione minuetur,
ita vt id quod à corpore reſoluitur, ali
menti quod adijcitur copiam vincat. Au
gebitur corporis exhalatio, crebra ventris
deiectione, curſu, aliaq́; exercitatione celeri
& multa, frictione molli & multa, vnguen
tis acopis digerentibus, quorum exempla
aliqua recitata ſunt lib. 4. cap. 15. Poſteà ſe
quetur balneum, poſt balneum quies, an
dome

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

domeſticum aliquod opus, deinde iterabitur rurſus balneum. Poſtremò offeretur cibus ſatis copioſus, ſed parum nutriens, olera, piſces, legumina, panis ater furfuraceus, quę ſtomachum ſaturent, ſed alimenti parum adijciant corpori.

CAPVT XII. XIII. XIIII.

I. *De trlplici inæquali corporis ſtatu.*

II. *De capitis intemperie & cauſis catarrhi: Item de morbis qui à catarrho oriantur.*

TRiplex in corporibus noſtris compoſitio reperitur, ſimilarium partium ex elementis, organicarum ex ſimilaribus, totius corporis ex organicis. Triplex itaq; etiam erit inæqualis corporis ſtatus, cum vel elementorum in ſimilaribus, vel ſimilarium in organicis, vel organicarum partium in toto corpore non æqualis eſt temperies & ſtatus. De tertia inæqualitate, quæ eſt organicarum partium inter ſe, quæque præ cæteris maximè eſt manifeſta, in reliquo hoc libro agit Galenus. Ac primum orditur à capite, inæqualiter cum reliquo corpore temperato, à quo excrementa plurima generantur, quæ in ſubiecta membra diſtillant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Appellarunt autem veteres omnes huiuſmodi à capite diſtillationes, in quamcunque partem ferantur, generali nomine Catarrhum. Neq; ineptè quidam catarrhum morborum omnium matrem dici voluerunt, quod varij ac penè infiniti morbi, grauiſsimaq; ſymptomata, à catarrhis oriantur, pro fluentis à capite pituitæ, ac ſubiectorum recipientium membrorum natura diuerſa, vt paulò poſt oſtendemus.

Quatuor autem cauſæ aſsignari ſolent, cur caput etiam benè temperatum, magis quam alia membra generandis catarrhis ſit obnoxium.

Prima eſt ſitus ipſius. Summam enim corporis partem occupat, eſtque veluti calidæ domus tectũ, in quod vapores omnes ab vniuerſo corpore facile efferuntur.

Altera cauſa eſt, quod multis amplis foraminibus pateat, per quæ vaſa plurima, vaporoſam materiam continentia, venæ & arteriæ, in ipſum deducuntur.

Tertia cauſa eſt, quod cerebrum natura ſit frigidum & humidũ, quod temperamentum ad generandam pituitã eſt aptiſsimũ.

Quarta cauſa, quod ſubſtantia cerebri laxa ſit & rara, totumq; cerebrum nihil ferè aliud, quam, vt Hippocrates inquit, magna

magna quædam glandula, qua ratione quoſuis vapores ad ſe delatos facilè recipit. Atq; hæ ſunt cauſæ, cur etiam in naturali conſtitutione catarrhi in cerebro generentur, & caput fons & origo omnis catarrhi dicatur.

Accedente verò capitis intemperie augetur catarrhi copia, ſiue calida ſiue frigida ſit illa intemperies. Calida enim cerebri ſubſtantiam dilatat, & vapores immodicè attrahit. Quamquam autem in concoquendo, a tenuando, & per halitum digerendo, calidum cerebrum ſit potentius, plus tamen ferè attrahit, quam concoquendo ac digerendo conficere poſsit. Frigidũ cerebrũ vapores nec; attenuat, nec; diſcutit, ſed tantũ condẽſat, alimentũ verò non integrè concoquit. Reliquũ igitur eſt, vt pituitoſis excremẽtis abũdet, quib. cũ immodicè grauatur, neceſſario tandẽ in ſubiecta mẽbra expellit.

Quod ſi ad cerebri intemperiem aliæ quoque cauſæ internæ & externæ acceſſerint, dubium non eſt, quin eo copioſior futura ſit catarrhi generatio, quo plures cauſæ concurrunt. Internæ cauſæ ſunt, ventriculi, epatis, venarum, reliquorumq; viſcerum inmmodica caliditas, ſiue naturalis illa ſit, ſiue acquiſititia. Externæ cauſæ

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſunt, aër tam calidus, quam frigidus, cibus potusq́; multus vaporoſus, item varius ac multiplex, crudus ac concoctu difficilis; ſomnus ac vigiliæ immodicæ, venus importuna ac immoderata.

Quod ad materiam ſeu ſubſtantiam catarrhi attinet, conſtat eam eſſe omnis generis pituitam, pro vaporum, qui ad cerebrum feruntur, natura, & cerebri ipſius temperatura. Ex calidis bilioſisq́; vaporibus, & calida cerebri intemperie, generatur pituita tenuis, ſalſa, acris, partes, in quas defluit, plerumq; pungens, erodens, acri adurens. Ex aqueis verò, blandis; & benignis vaporibus, & frigida cerebri intemperie, pituita fit dulcis, humida, craſſa, viſcoſa, partes, in quas defluit, humectans, refrigerans, obſtruens & grauans.

Quod ad loca attinet, quæ catarrho occupantur, hoc eſt, in quibus pituita à capite defluens ſiſtitur, ac fixa manet, difficile eſt quicquam determinare, cum facilè omnes partes occupare poſsit. Multi enim ſunt meatus per quos defertur, inter quos maximè naturales primum ſunt nares, palatum, oculi, aures, de quibus etiam dictum eſt libro primo. Cùm autem immodicè aucta pituita his meatibus ſatis euacuari

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

non poteſt, per grandiores meatus impetum facit, ac per Oeſophagum in ventriculum, per aſperam arteriam in pulmones & thoracem decurrit. Interdum etiam per ipſas venas & arterias; item per ſpinam & neruos in omnes corporis partes defertur, vt Hippocrates ſcribit libro de glandulis.

Excitat autem, vt diximus, pro locorum quos occupat natura, & ſubſtantię ſuæ qualitate, alios morbos & ſymptomata, de quibus qui rectè judicare volet; oportet eum internarum partium naturam noſſe: præterea etiam communia catarrhi ſigna à proprijs diſtinguere.

Communia cuiuſcunq; catarrhi ſigna ſunt, capitis grauitas aut dolor, animales facultates læſæ aut imminutæ; ſenſus minus perſpicaces, inſomnia, pro humoris natura, turbulenta; motus minus perfecti, ingenij vires, apprehenſio, memoria, &c. minus promptæ, meatus, per quos per ſanitatem euacuatio à cerebro fieri ſolet, magis iam fluentes, vel præ copia, lentore aut craſsitie humoris obſtructi aut intercepti.

Specialia autem ſigna, quæ frigidum & humidum catarrhum arguunt, ſunt ſitis priuatio, oris liquor, ſaliua inſipida, craſſa & lenta, à rebus calidis, etiam à febri juua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ri, corporis totius & maximè cerebri natura frigida, item cauſæ externæ frigidæ. Acris, ſalſi ac tenuis catarrhi ſigna omnia ſunt contraria, nimirum ſitis, oris liquor acris aut ſalſus, offenſio à cauſis calidis, ipſa corporis natura, & cauſæ externæ calidæ.

Porrò catarrhus frigidus & humidus, qui plerumq; etiam ſubſtantia craſſus & lentus eſſe ſolet, cum in ſubiecta membra defluit, hos ſequentes morbos & ſymptomata ferè excitat. Os cribriforme & nares obſtruit, odorandi ſenſum hebetat, interdũ etiam copioſo muco per nares fertur, latini grauedinem appellant.

Cum per palatum in laryngem, qui præcipuum eſt vocis organum, decumbit, ipſum humectat immoderatius. Hinc vox efficitur primum rauca, deinde etiam pauca efficitur, postremò omninò nulla (βράγχον Græci huiuſmodi affectum nominant) oculos & palpebras in liuidum tumorem attollit, aures ſurdiores facit, & ſibilum quendam in ipſis generat, cum materia in craſſum flatum mutatur.

Cum per palatum & tracheam arteriã in pulmonem decumbit, vacua ipſius ſpacia quæ inſpirati & exſpirati aëris meatus ſunt & receptacula, implet & obſtruit. Hinc diffi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

difficilis & cum ſonitu quodam fit reſpiratio, quaſi aër impetu quodam per aquam tranſeat. Propter multitudinem autem & frigiditatem materiæ, & cordis vicinitatem, grauiora etiam ſymptomata ſequuntur, vt pulſus inæqualitas, cordis tremor, lipothymia, præſertim cum vehementius reſpirare cogimur.

Cum per Oeſophagũ in ventriculũ frigidus ac pituitoſus catarrhus diſtillat, ipſius orificium inprimis offendit, & ventriculum refrigerat. Hinc nauſea ſequitur, interdum etiam vomitus, inappetentia, tarda ac debilis concoctio. Atq; hinc rurſus alia ſymptomata ſequuntur, ructus acidi, inflationes, fluctuationes, gurgulationes vt vocant. Interdum etiam lienteriæ. Quod ſi in ventriculo non moratur, ſed ad inteſtina decunbit, inteſtinorum morbos, iliacos & colicos dolores facit, interdum etiam meſenterij venas obſtruit. Hinc impeditur chyli diſtributio, ſequiturq; atrophia.

Cum per arterias frigidi & humidi catarrhi fluxio fit, primum pulſus ratione arteriæ humectatæ mollior eſt, & propter calorem debilitatum primum minor, deinde tardior, poſtremò etiam rarior. Craſsi ac frigidi vapores per arterias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cordi communicati, cordi tremorem & lipothymiam excitant.

Si venæ frigido & humido catarrho imbuantur, conſtat ſanguinem, qui in ipſis continetur, crudiorem ac frigidiorem fore; vrinæ apparebunt albę ac crudę, item ſpumoſæ: Toti verò corpori cum atrophia quadam pallor, tumor turgidus, καχεξία & accidit. Fiunt & in habitu obſtructiones, & inde febres quædam lentæ, erraticæ.

Qui in faucibus tumores excitantur, fiunt à catarrhis, non per palatum, ſed per venas deſcendentibus. Glandulæ, quas amigdalas vocant, tumidæ, Antiades nominantur. Gurgulio cum intumuit. Vuula Reliqua propinqua in faucibus loca, cum intumuerunt, Pariſthmia vocant. Muſculorum laryngis tumores, Synanchæ aut Anginæ omnis generis dicuntur. Exteriores venæ colli, cum catarrhum ad externas glandulas deducunt, ſtrumas & ſcrophulas faciunt.

Si per venas catarrhi fluxio vſq; ad meſenterij venas peruenit, fiunt diarrheæ, fluxus muliebres. Si ad articulos per venas feratur, podagræ & omnis generis arthritides exiſtunt.

Si frigidus & humidus catarrhus, id

quod

quod plurimum fieri ſolet, per neruos & ſpinalem medullam diſtillauerit, ſentitur plerumq; in ipſo deſcenſu frigiditas ac ſtupor, fiunt paralyſes, vel ſpaſmi, id eſt, conuulſiones neruorum, dolores coxendicum tam acuti interdũ, vt ipſum etiam cerebrum per conſenſum afficiatur, præſertim ſi etiam ſalſa ac mordax fuerit pituita. Verum hæc de frigido & humido catarrho dicta ſint, cuius maximè proprium eſt refrigerare, humectare, implere, obſtruere, grauare, flatu diſtendere.

Calidi, acris, ſalſi, aut alioqui corrupti catarrhi alia atq; ab his diuerſa ſunt ſymptomata: Eius enim proprium eſt abſtergere, abradere, exaſperare, exulcerare, pungere, pruritum mouere, vrere erodere. Cum huiuſmodi catarrhus in nares delabitur, easq́; pungit ac vellicat, coriza proprie affectus nominatur, κορίζειν enim propriè lacerare ſeu vellicare ſignificat. Oculos pruritu, vſtione, inflammatione afficit. Palatum, gingiuas, dentes, gurgulionem exulcerat atq; erodit. (Maligna fluxio in morbo gallico integras has partes ſæpè abſtulit) Aſperam arteriam, quæ interiore ſuperficie leuis eſſe debebat, exaſperat, tuſſes ſiccas mouet.

Cum altius in pulmones ingreditur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

facilè ipſos natura molles exulcerat, quod
vlcus φθόην nominant. Eroſis pulmo-
nũ venis, ſanguinis ſputa ſequuntur, & im-
pedita pulmonũ functione, cordisq́; refri-
geratione, hectica febris cum tabe inuadit.

Si ventris partes & inteſtina ab huiuſ-
modi catarrho occupentur, abraduntur im-
modicè, & exiſtunt tandem fluxus dyſen-
terici. Quod ſi ad inteſtinum rectum flux-
io deſcenderit, oritur tenaſmus. In o-
rificium ventriculi huiuſmodi fluxio rece-
pta, ſitim & ardorem excitat, interdum et-
iam ſæuiora ſymptomata, vt ſyncopen, epi-
lepſiam.

Si per communes corporis venas à ca-
pite defluat, ſanguinem reddit tenuiorem,
nec ſolùm venarum orificia aperit, ſed ipſa-
rum tunicas plerumq; erodit.

Per ſpinæ medullas & neruos de-
currens, grauiſsimos dolores excitat. Sunt
autem nerui maximè ſenſiles, vt qui reli-
quis partibus ſenſum præbent. Et exiſti-
mandum eſt, ſalſam & acrem huiuſmodi
materiam, neruos & reliquas partes in quas
expellitur, non aliter afficere, quam cutem
noſtrã in ſcabie affici videmus, cum à ſimili
humore exaſperatur exulceraturq́;.

Quod ad catarrhi, atq; adeò omnis
fluxio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

fluxionis curationem attinet, perficitur ea duabus indicationibus. Quarum prima ac præcipua ſumitur à membro mandante, vt vocant, quod hîc caput eſſe ſtatuimus. Altera ſumitur à membro recipiente, quod eſt veluti terminus ad quem, vel in quo fluxio conſiſtit.

Indicatio quæ à cerebro, vt membro mandante, ſumitur, præſcribit, vt quoquo modo excrementa ab ipſo remoueantur, quod fit remouendis cauſis, quæ efficiunt, vt talia excrementa in ipſo redundent. Diximus autem ſupra, huiuſmodi cauſas interdum in ſolo cerebro, interdum etiam in toto corpore conſiſtere, vel certis quibuſdam viſceribus inferioribus, accedere etiam interdum procatarcticas cauſas. Quod ſi in ſolo capite intemperies fuerit, quæ ſit catarrhi cauſa, à capite ſtatim auſpicanda curatio erit. Si verò aliæ etiam adfuerint internæ & externæ cauſæ, quæ ordine analytico vltimæ inuenientur, in curatione erunt primæ, quæ ablationem ſui præſcribant.

Et quoniam particularia corporis vitia ab vniuerſalibus fouentur, vniuerſalia certa remedia particularibus ſemper ſunt præponenda. Quare ſi totius corporis plethora, cruditas, vel cacochymia cauſa ſit,

ſa ſit, cur cerebrum tot excrementis redundet, capiti vtiliter mederi non potes, niſi illa vniuerſalia, commemoratis ſupra remedijs, prius aut ſaltem eodem ſimul tempore corrigas,

Propria autem capitis remedia hoc loco & lib. 5. Methodi recenſet Galenus. Sunt autem, quæ frigido & humido capiti conueniunt, lotiones & embrocationes, ex aquis medicatis, item ex lixiuijs, & herbis calidis & ſiccis, menta, maiorana, roſmarino, lauendula, ſtechade, agarico. Poma odorata, ex radice ireos, cinamomo, muſcatis, bdellio, ladano. Item oleorum calidorum vnctiones. Huiuſmodi nunc arte chymica præparantur de nuce muſcata, oleum de gariophilis, oleum de mace. Emplaſtrum Galeni ex tapſia, ſinapi, euphorbio. Hæc enim frigidum & humidum cerebrum roborant, quia ipſum ad mediocritatem reducunt, & materiam pituitoſam attenuant & diſcutiunt.

Rurſus calido capiti prodeſt fomentum ſeu embroca ex aqua calida potabili. Hæc enim calidos vapores ex capite elicit. Item vnctiones ex oleo roſaceo, quod ex oleo crudo ſalis experte, & ſolis roſarum folijs ſit confectum. Vide de roſaceo lib. 2.

& 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

& 3. ſimplicium medicamentorum. Odoramenta, quæ ex roſis, violis, ſandalis, interdum etiam addito opio conficiuntur.

Quod de arteriarum ſectione hoc 13. cap. lib. 6. de ſanitate tuenda, Galenus meminit, ſciendum eſt, rarò arterias à Medicis ſecari, propterea quod ſecta arteria ſanguinis fluxus non facilè ſiſtitur, & plerumque accidit illa ſolutio continui, quam ἀνεύϱισμα Græci vocant, de quo vide Galenum lib. 5. Methodi. Secantur tamen interdum minores arteriæ in temporibus, ſi oculi fluxione infeſtentur: Item poſt aures, in magnis & crebris vertiginibus, ob ſanguinem, qui in arteria continetur, immodicè calidum & ſpumoſum.

Hę itaq; ſunt indicationes, quę à capite tanquam membro mandante ſumuntur. Quæ verò à membro recipiente ſuppeditantur, aliæ ſunt fluente adhuc humore, aliæ cum ceſſante fluxione humor membrum iam occupauit. Fluente adhuc humore, indicatur à parte recipiente, vt quocunq; modo fluxio in alias partes minus momentaneas transferatur. Fit autem hęc translatio dupliciter, partim per repulſionem partim per auerſionem.

Repulſio, quam & repercuſsionem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

vocant, fit parte recipiente denſata & adſtricta. Laxa enim & rara meatus habet patentiores, & facilius fluxionem admittit. Adſtringentia verò ferè ſunt frigida & ſicca primo gradu, habita ratione eius temperaturæ, quæ eſt in membro. Quod ſi pars recipiens morbo aut ſymptomate aliquo laborat, prius etiam ad naturalem ſtatum reducenda eſt, præſertim ſi immodicè caleat vel doleat. Calor enim & dolor in quacunque parte, cauſæ ſunt, quæ tanquam cucurbitæ fluxiones attrahunt, vide 13. lib. Methodi. Calens igitur particula refrigeranda eſt, dolens dolore liberanda, magis tamen per refrigerantia & ſiccantia, quam per ea quæ verè ἀνώδυνα dicuntur. Ea enim calida & humida natura ſunt, in primo gradu, & rarefaciendo maiorẽ ſæpè fluxionẽ alliciũt.

Auerſio, qua humores adhuc fluentes, vel non penitus adhuc impacti ad alia loca transferuntur, duplex eſt. Cum in contrarias & longinquas partes retrahuntur, quod in initijs morborum fieri conuenit ἀντίσπασιν, id eſt, reuulſionem nominant. Cùm verò ad propinqua loca deducuntur, vt ab oculis ad palatum vel renes, à renibus & veſica ad vterum, vel aluũ, παροχέτευσις id eſt, deriuatio propriè dicitur, habetq; locum, cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cum totum corpus legitimè prius eſt vacuatum, & fluxio conſtitit, nec dum tamen penitus membro infarcta eſt. Tum enim à ſolo loco affecto fit vacuatio, per medicamenta digerentia, ſcarificationes, hirudinum ſuctus, & ſimilia.

Quomodo roborandus ſit ventriculus, ne acrem & bilioſam fluxionem recipiat, deinceps hoc *13.* cap. Galenus docet. Ac primum id, quod lib. *4.* de vſu partium demonmonſtrauit, hîc ſupponit: Ventriculi orificium, ex copioſa propagine neruorum, ab anteriori cerebro prodeuntium, contextum eſſe, ideoq; etiam ſenſum habere acutiorem, & grauiſsimis ſymptomatibus, vt ſyncope, epilepſiæ occaſionem præbere, cum à malignis, humoribus infeſtatur, id quod lib. *1.* de ſympt. cauſis latius demonſtrat. Suponit prætereà id, quod lib. *3.* de facultatib. naturalibus demonſtrauit: In alimenti penuria à iecore remitti ſeroſas quaſdam ſanies, atq; inde exiſtere capitis dolores aliaq; ſymptomata, qualia ſuffuſis accidere ſolent, de quib. vide Gal. lib. *1.* cap. *2.* de locis affectis.

Primum igitur caueri vult Galenus ne quid huiuſmodi malignum in ventriculum confluat, aut ſi quid confluxerit, vt quam celerrimè expellatur. Ne quid confluat, prohi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

prohibebitur, ſi maturius cibum exhibeas: item, ſi intus & extra ea admoueas, quæ adſtringendi facultatem habent Cuius generis eſt compoſitio illa ex cotoneis, quam proponit in fine huius libri: Item vnctiones ex oleo melino, maſtichino, nardino. Quorum melinum cæteris frigidius eſt, & æſtate magis vſurpandum: Nardinum calidius, quare & hyeme aptius. Maſtichinum medium eſt; quare & medijs temporibus vtendum.

Quod ſi ventre his remedijs adſtricto ac roborato, nihilominus bilioſæ ac ſeroſæ ſanies ad ipſum confluant, expurgandæ erunt quam celerrimè, medicamentis, quæ ſimul & aſtringendi & abſtergendi purgandiq; facultatem habent, cuiuſmodi ſunt, abſinthij coma, aloe, atq; in primis hiera picra. Hæc enim non ſolùm ventriculi ſuperficiem abſtergit, vt abſinthium & aloe, ſed ea etiam, quæ altius in ventriculi tunicis inſederunt, tamillioſa quam pituitoſa expurgat.

Componitur ex Aloe partibus 100. Cinamomi, Aſari, Spicæ nardi, Maſticis, Carpobalſami, Croci, ſingulorum partibus 6. Poſteriora enim hæc medicamenta, quæ aloe adduntur, cum calida ſint ac tenuium

partium

partium, obuios humores magis attenuant ac diſſecant, magisq́; in profundum penetrant. Quare & aloes abſterſionem validiorem efficiunt.

Propoſita autem hæc doſis media eſt, maximeq́; vſitata. Verum Galenus interdum eam intendit vel remittit, prout plus minusúe abſtergendi conſilium eſt. Cùm intendit, detrahit de aloe partes *20*. Cùm remittit, addit ad mediam doſin aloes partes *20*. Vt in media doſi, calidorum medicamentorum quæ admiſcentur, proportio ad aloem ſit *36*. ad *100*. in intenſa, *36*. ad *80*. in remiſſa, *36*. ad *120*. Monet autem Galenus, vt in inopia cinamomi ſumamus caſiam duplici pondere. Manardus, & huius temporis Medici, pro verò cinamomo, quo caremus, vulgaris noſtri duplicem portionem ſumunt, atq; ita quod in qualitate deeſt, quantitate compenſant: Item pro carpobalſamo nobis ignoto, cubebas gariophilos, cardomomum, aut ſimile quiddam.

Propinandi rationem docet Galenus lib. *7*. Methodi cap. *11*. Vult autem exhiberi puluerem ſiccum, duorum paruorum cochlearium menſura, in aquæ temperatæ cyathis tribus, id eſt, vncijs quatuor, eo diei tempore, quo alia medicamenta propinari

nari

nari ſolent, manè. Poſt ſumptum medicamentum, vult hominem ambulare ac moueri, vt citius ſubſidat, de reliqua victus ratione nihil immutare.

Cum hic puluis melle excipitur, vt exiſtat forma electuarij, diutius aſſeruatur, & ventrem magis deijcit, propter acrimoniam quæ in melle eſt, ſed minus roborat.

Quod ſi ventriculi temperatura frigidior ſit, vel ad frigidum propenſior, propinat etiam Galenus medicamentum διοσπολιτικόν, quod ſimul & pituitam extenuat, & flatus ab ipſa excitatos diſcutit. Componitur ex Cymini, Rutæ, Piperis & Nitri paribus portionibus, cum ſimul aluum adſtrictam mouere conſilium eſt. Si aluus ſoluta ſatis fuerit, miſcet nitri dimidium.

Ventriculo ad hunc modum purgato ac roborato, victus quoq; ratio habenda eſt, pro vario corporis temperamento. Quibus vniuerſum corpus, vel ventriculus ſimul & caput calidius eſt, & biliosa ſanies non ſolùm ex capite in ventriculum defluit, ſed in ipſo quoq; ventriculo generatur, ijs frigidus humidusq; victus ſemper ex vſu eſt: Quem tamen pro temporis ratione intendere ac remittere conuenit, vt æſtate magis, hyeme minus frigidus exhibeatur, eo

tamen

tamen modo, ne ad contrarium nempè calidum vnquam declinet.

Contrà, qui caput & ventriculum habent frigidiorem, ita vt copioſa pituita à capite non ſolùm defluat, ſed in ipſo etiam ventriculo generetur, ijs omnibus temporibus conuenit cibus potusq́; calidus, piper, diatrium piperium, diacalaminthe, & ſimilia, ſeruata tamen etiam temporis & aëris ratione. Qui vbi cum corporis intemperie congruit, intentenda eſſe contraria remedia indicat: Cùm verò contrarius eſt, remittẽda eſſe contraria remedia docet. Abſinthij potio in huiuſmodi pituitoſa conſtitutione aduerſiſsima eſt. Magis enim aſtringendi quam detergendi vim habet. Quare pituitoſum excrementum per ſe lentum ventriculo magis affigitur. Aloe etiã propriè bilioſum humorẽ expurgat. Quare pro his vtendum potius eſt hiera picra, dioſpolitico, Horũ temporũ medici in purganda ventriculi pituita addunt hieræ Agaricũ, Turbit.

Verum huiuſmodi affectuum complicationes, in quibus diuerſæ corporis partes ſimili intemperie afficiuntur, vt cum caput & ventriculus ſimul aut calida ſunt aut frigida, non ita difficilem habent curationẽ, cũ non contrarias, ſed ſimiles prębeant indi-

indicationes,refrigerandi vel calefaciendi, quocunq; tempore. Difficiliores ſunt illæ complicationes, cum diuerſæ partes contraria intemperie laboranr, vt cum calido capiti ſubiectus eſt frigidus ventriculus, vel contra; frigido capiti ventriculus calidus. Contrariæ enim ſunt indicationes; eodemq́; tempore contraria auxilia poſtulant. Quorum alterum ſi neglexeris, alterum etiam affectum auxeris.

Ex duobus autem modo propoſitis exemplis Galenus complicationem illam deteriorem ac difficiliorem eſſe affirmat, in qua frigidum caput coniungitur cum ventriculo calido. Quæ enim à frigido capite frigida ac lenta pituita defluit in ventriculum,natura calidum, cùm diutius paulò in ipſo moratur, corrumpitur, & mordicandi vim acquirit, totam concoctionem perturbat, & graues vapores ad caput mittit.

Quod ſi accommodata pituitæ remedia exhibeas, attenuantia videlicet & incidentia calida, cuiuſmodi ſunt, diatrion pipereon, diacalaminthes,ventriculi incendium auges,& orificium eius non mediocriter offendis. Quod ſi contrà ventriculum refrigerare ſtudeas, pituitam denſiorem ac contumaciorem magis reddes. Nullum igitur a-

tur aptius medicamentum hîc inueniri poteſt, quam quod attenuandi & incidendi vim habet, citra vllam inſignem calefaciendi aut refrigerandi facultatem. Huiuſmodi eſt oxymeli, cuius compoſitio tradita eſt lib. 4. cap. 12. Poſteaquàm oxymelite pituita inciſa & attenuata eſt, medicamento purgente euacuanda eſt per aluum, vel vomitu reijcienda. Difficilior autem multo huiuſmodi affectus exiſtit, cum in talem naturam inciderit, quæ nec ad vomitum facilis eſt, nec aluum facilè ſolubilem habet.

CAPVT XV.

De ore ventriculi imbecillo ac nauſeoſo, inferiori ventre aſtricto.

OCcurrit alia complicatio difficilis, in qua os ventriculi imbecillũ eſt ac nauſeoſum, inferior autem venter aſtrictus. Oriuntur hinc enim contrariæ indicationes. Si ventrem inferiorem aſtrictum reſpicias, conuenient cibi mollientes ac lubricantes. Verum ſi his ſolis vtaris, ſtomachus (quo nomine proprie orificium ventriculi ſignificatur) magis laxatur ac ſubuertitur. Inde verò poſteà rurſus accidit, vt cibi in ſummo ventriculo quaſi natent, ac deterius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

omninò concoquantur. Si ſtomachum ru-
ſus & nauſeam reſpicias, eiq; conſulere ve-
lis, oblatis ijs, quæ aſtringendi & roboran-
di facultatem habent, & εὐστόμαχα Græcis
dicuntur, ventrem ad multos dies ſiſtes.

Cùm igitur vtriq; affectui conſulendum
ſit, & contraria remedia in vno cibo con-
fundi ac miſceri commodè non poſsint,
ſingulis quidem per ſe vtendum erit, ſed
prouidendum, vt ſuo quæq; tempore & re-
cto ordine exhibeantur, vt videlicet ante a-
lios cibos, primum mollientia ac ventrem
cientia offeras, cuiuſmodi ſunt, olera, ex o-
leo & garo, & reliqua lib. 5. commemora-
ta. Poſt juſtum autem ciborum modum,
aliquid eorum quæ aſtringunt & roborant,
cuiuſmodi eſt, confectio ex malis cydoneis,
pira condita, mala punica, aliaq; eius gene-
ris auſtera, acida, oxyzacchara. Quibus o-
mnibus exploratis, ipſe qui laborat ea deli-
get, quæ ſibi jucundiſsima maximeq; con-
uenientia cognouerit: ſumetq; ea quanti-
tate, quam ad ſtomachi roborationem ſatis
ſibi eſſe vſu didicerit.

Huiuſmodi ſtomachum roborantia &
aſtringentia, ſi poſt alios cibos poſtremò
loco offerantur, præterquàm quod os ven-
triculi firmant, ventrem non ſolùm non ſi-
ſtunt,

ſtunt, ſed magis etiam mouent. Os enim ventriculi roboratum, ea quæ in ipſo natant, deorſum protrudit, ac ſimul cum iis illa, quæ in toto ventriculo continentur. Inteſtina verò, quæ alimentum poſteà excipiunt, motum illum deorſum à ventriculo inchoatum, ad extremum vſq; exitum ſeruant. Quemadmodum etiam contrarium motum, propter aluum aſtrictam aut compreſſam, ab inferioribus inceptum, continuant: Ita vt vapores, flatus, excrementa, interdum etiam clyſteres iniecti, quæ deorſum deſcendere conueniebat, contrario motu præter naturam ad ventriculum regerantur: Vide Galenum lib. 6. de Morb. & Sympt.

CAPVT XVI.

HOC capite aliam difficilem complicationem Galenus proponit, duorum affectuum contraria remedia indicantium, nimirum cum renes ex craſſo lentoq; corporis ſucco calculos ſeu tophos, quos Græci πῶρες vocant, gignunt, corporis verò totius habitus tenuis gracilisque exiſtit. Contraria certè hic indicantur remedia. Renum vitium, medicamenta totamq; victus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

rationem attenuantem & incidentem poſtulat. Hæc autem omnia gracili & extenuato corpori ſunt inimiciſsima, vt dictum eſt ſupra cap. *10.* & *11.*

Et exemplo id Galenus declarat hominis cuiuſdam in Campania, qui cum ob renum vitium attenuante diæta diu vſus eſſet, in eam incidit corporis ſiccitatem, vt digitorum etiam motus impediretur, & ſiccitas digitorum, tanquam fumo induratorum corporum, ex ſonitu deprehenderetur. Hunc cum alij Medici, quaſi ex humida defluxione neruorũ vitio laboraſſet, ſiccantibus medicamentis ex euphorbio & limneſi ſeu adarca præparatis vti juſsiſſent, aucta in maius ſiccitas, etiam cum dolore ſuperiores partes paulatim inuadebat, dum tandem Galenus, vera cauſa deprehenſa, hominem ad aliam victus rationem traduceret. Ea autem erat inter attenuantem & incraſſantem media.

Particularem materiam hic recenſet fuiſſe cremorem ptiſanæ, piſces ſaxatiles, non tum etiam qui alto mari capiuntur, perdices, glutinoſos, montanas auiculas, perdices, attaginas, ſturnos, merulas, turdos, vel pro his gregales columbas, & paſſeres qui in turribus nidificant, gallinas & gallinaceos,

qui in

qui in corte aluntur, non qui à cauponibus concluſi ſaginantur. Lac nullum præterquàm aſininum, propterea quod cæteris ſit tenuius. Reliqua diæta quæ gracili corpori conuenit, ſupra eſt expoſita.

Hi autem commemorati cibi corporis habitum mediocriter inſtaurant, & calculum nonnihil minuunt. Verum quæ calculoſis propriè conuenit diæta, cum alius nullus affectus prohibet, ea tota tenuis eſt, citra inſignem tamen caliditatem. Cùm enim calculus ex materia terreſtri, viſcido humore conglutinata, & calore vehementiori excocta generetur, neq; à calido neq; à frigido diſſoluitur, vt nec lateres, ſed ab ijs quæ abſq; caliditate inſigni tenuem ſubſtantiam ſortita ſunt. Huiuſmodi ſunt ea, quæ Galenus cõmemorat 13. cap. lib. 5. ſimplic. Radices aſparagi, radix rubi, betonica, polium, acetum ſcylliticum, & oxymeli ex ipſo confectum. Montanus his addit ſuccum limonum, ſuccum oxalidis, gramẽ, adiantum, hemionitida, aſplenon vulgò ceterach. Vide Galenum lib. 6. ſimpl. cap. de adianto.

Vitrum vſtum & contritum, lithoſpermon, nucleum meſpilorum, ipſum etiam calculum contritum, & ſimilia, putat Mon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tanus calculoſis prodeſſe, non quod inci-
dere aut diuidere calculũ poſsint, ſed quod
aſperitate ſua ſuperficiem eius atterant &
abſtergant.

Diuretica verò, id eſt, vrinam mouen-
tia, cuiuſmodi eſt ſemen apij petroſelini, fœ-
niculi, dauci: Item, Aſarum, Acorum, Se-
ſeli, & ſimilia, à quibus ſanguis ipſe fun-
ditur, ac liquatur & ſecernitur, non aliter,
quam lac quod coagulatur, tenui ac ſeroſa
eius parte ſegregata, craſſa verò in ſe co-
eunte & vnita, etſi ſunt attenuantia, tamen
cum valde acria ſint & calida, calculos in
renibus non incidunt aut diuidũt, ſed magis
ipſos contrahunt ac procreant. Accidit ta-
men interdum, vt aucta vrinæ copia, calcu-
lus, qui jam in via eſt, promoueatur: Quod
multos in errorem inducit, vt credant diu-
retica calculos etiam comminuere.

Porrò podagrica remedia Galenus hoc
loco etiam à nephriticis diſcernit, quod po-
dagrica præterquã quod extenuent, etiam
calefaciant & ſiccent, nephritica nequa-
quam valde calida eſſe oporteat. Quare
ſupra lib. 5. cap. 7. ſenibus, podagram vel
calculum metuentibus, pręſcribebat vinum
tenuè, mellitum. Verum in calculi ſuſpi-
tione addebabat betonicam, in podagræ
ſuſpi-

ſuſpitione petroſelinum. Verum in nephriticis, qui ſimul etiam obeſi ſunt, nec corporis ſiccitatem metuunt, permittit vt etiam podagricis remedijs vtantur moderatè, ita vt à valdè calidis abſtineant.

Prudenter verò tandem monet, etſi attenuans victus ratio ad conſeruandam valetudinem plerumq; tutior ſit incraſſante, & medijs ſeu neutris corporibus ad declinandos imminentes morbos proſit, nemo tamen, qui integra ſit valetudine, ea vti debebit, quemadmodũ nec pharmacis purgantibus. Corporis enim ſubſtantiam colliquant, & robur diminuunt: Vide aphoriſ. 36. lib. 2.

CAPVT XVII. & XVIII.

CVM paulò ante dixiſſet, ijs qui integra ſunt valetudine, & mediocri exercitatione vtuntur, neq; attenuantem victũ, neq; pharmaca purgantia, nec planè prophylacticam vllam medicinam conuenire: duobus his capitibus deinceps exponit, quę ſint illa corpora, quæ vel ſemper, vel certis anni tẽporibus, præcautione opus habeant. Sunt autem ea, quę medium ſtatum habent, inter exactè ſana & ægra, quæq; ex leui occaſione in grauiores morbos plerumque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

incidunt, idq́; propter excrementa, quę vel in toto corpore, vel in certa aliqua parte paulatim coaceruantur, vel ex membris principalibus ac potentioribus in alias imbecilliores partes propelluntur.

Exempli gratia: Qui frequenter vel certis temporibus morbo comitiali, vertigine, vel capitis dolore laborant: Item, quibus à capite defluxiones in ſubiecta membra fiunt, & grauiorum ſymptomatum cauſæ ſunt, ijs certè prophylactica medicina neceſſaria eſt. Conſiſtit autem ea magna ex parte in victu attenuante, & medicamentis purgantibus. In propoſitis verò exemplis duplex ſcopus eſt. Primum vt capiti proſpiciatur, ne excrementis abundet. Deinde, ſi qua pars eſt fluxionem à capite recipiens, ea vt roboretur.

Verum quod ad partem recipientem attinet, admonet nos Galenus, adhibendam eſſe diſtinctionẽ, qua partes momentaneas, quarum magnus vſus eſt, à minus momentaneis diſcernamus. Minus momentaneæ partes, vt cutis & glandulæ, quæ recipiendis excremẽtis propriè dicatæ ſunt, nec adſtringendæ nec roborandæ ſunt.

Oculis verò & auribus, quoniam partes ſunt momentaneæ, prouidendum eſt du-

pliciter. Primum vt fluxio, quæ ad oculos vel aures fertur, ad propinquas minus momentaneas partes auertatur, eo auerſionis genere, quod παροχέτευσιν, id eſt, deriuationem nominant. Ad nares, per ea medicamenta, quæ ſternutationem mouent, vel alioqui obſtructas nares aperiunt. Ad os, ijs quę manduntur, apophlegmatiſmis. Deinde vt robur nominatis modò partibus adijciatur.

Roborantur autem oculi collyrio ſicco, ex lapide phrygio confecto, & ſpecillo palpebris admoto, vt interiorem oculi mẽbranam non contingat. De Phrygio lapide ſcribit Galenus lib. 9. ſimpl. medic. tribuitq́ ipſi reprimendi & diſcutiendi facultatem. Compoſitionem tradit lib. 5. κατὰ τόπους cap. 5. Huius temporis medici in ſiccandis ac roborandis oculis vtuntur collyrijs ex Thutia lota, Lapide calaminari, Aloe, Myrrha, Sarcocolla, Vitriolo albo.

In roborandis auribus vtitur Galenus glaucio ſolo, vel collyrio ex ipſo confecto, quod diaglaucion appellat, de cuius vſu plura vide lib. 3. κατὰ τόπους cap. 1. & lib. 5. Methodi cap. 10. Glaucium nunc nobis ignotum eſt. Erat autem, vt Dioſcorides teſtatur lib. 6. ſuccus herbæ cuiuſdam ſic-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cans & aſtringens, nonnihil etiam refrigerans, pro quo quidam nunc ſubſtitui volunt ſuccum papaueris corniculati. Sed addit hic Galenus aliam materiam, qua in penuria glaucij vti poſſumus videlicet, collyria confecta ex trochiſcis diarhodon, & eo quod, Crocodes dicitur, quorum compoſitionem vide apud Paulum lib. 7. cap. 12. de trochiſcis.

In larga fluxione, & aſsidua quaſi aurium ſanie, vtitur trochiſcis Andronis, & ſimilibus, vt Paſionis, Polyidæ, Muſæ, cum acri aceto: quorum compoſitionem etiam vide apud Paulum, loco modò citatò, & apud Galenum lib. 5. κτ̃ γένη. Conſtant autem omnia adſtringente materia, balauſtijs cytinis, gallis, alumine, ſquama æris, myrrha, calchanto. Verum lib. 5. Methodi omnibus his medicamentis in ſiccandis aurium vlceribus & fluxionibus, validiorem eſſe affirmat ſolam ſcoriam ferri, tenuiſsimè leuigatam, & cum acerrimo aceto in mellis conſiſtentiam redactam. Hæc ſunt quæ de capitis fluxionibus exempli cauſa Galenus hîc commemorat.

XVIII. capite oſtendit, non ſolùm à capite fieri fluxiones, ſed ab alijs etiam viſceribus, vt jecore, liene, renibus, ab omnibus de-

bus deniq; corporis partibus, quæ id quod moleſtum eſt, ad imbecilliores partes transmittunt vſq; dum ad eam partem peruentum ſit, quæ omnium maximè imbecilla, ipſo pellendi robore deſtituitur.

Cùm itaq; vel in toto corpore, vel in membro aliquo principaliori aliquid quãtitate vel qualitate redundat, duplex reumaticorum affectuum cauſa aſsignatur, nimirum in partibus mandantibus vis expultrix valida, in recipientibus verò imbecilla. Huc cum accedat duplex etiam materialis cauſa, ſuccorum copia, vel vitium, diligenter conſiderandum ac diſtingendum eſt, ob partis ne imbecillitatem, an ob humorem qualitate vel quantitate peccantem, fluxio fiat.

Primum ergo conſilium ad partem recipientem dirigendum eſt, & cauſæ omnes, à quibus imbecillitas ipſi conciliari ſolet, cuiuſmodi ſunt, refrigerationes, vulnera, contuſiones, laſsitudines vitandæ ſunt. Et ſi quæ ab huiuſmodi affectibus mala diſpoſitio relicta ſit, ea quantum fieri poteſt, corrigenda erit, parte adſtricta ac roborata. Deinde victus habenda eſt cura, vt tenuior quã antea inſtituatur, ſimul etiam mediocres exercitationes imperentur.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quod ſi hac ratione pars minus affligatur, & bonus corporis habitus ſeruetur, in tali diæta inſiſtendum erit. Qnod ſi corpus gracilius fiet, parte affecta leuata, picatione alijsq; remedijs vti poterimus.

Verum ſi ita non ſatis proficitur, ad materialem cauſam reſpiciendum erit, magis ne plethora an cacochymia corpus infeſtet. Ac plethoræ quidem ſanguinis miſſione, cacochymiæ purgatione ſuccurremus, certis temporibus per interualla adhibitis, quibuſdam in anno ſemel, alijs bis, ter, quater.

CAPVT XIX.

HOC capite proponit Galenus aliam complicationem ſatis difficilem, in qua vnus affectus eſt copia calidi ſeminis, expulſionem ſui proritantis: alter eſt oris ventriculi imbecillitas, ob quam, poſt ſeminis excretionem, magna accidit totius corporis imbecillitas & laxitas, ſiccitas, pallor, oculorum cauitas: retento verò ſemine, capitis moleſtia, ſtomachi offenſiones, & faſtidia. Remedia his affectibus conuenientia, ſunt ea, quæ ſemen genitale refrigerant, minuunt & extinguunt. Horũ materiam enumerat Gal. lib. 5. ſimpl. cap. 23. Re-

Refrigerantia ſunt, lactuca, cucurbita, cucumeres, pepones, mora. Hæc enim refrigerando ſemen coquunt, incraſſant, ſtabile reddunt, ſupprimunt. Alia verò, quæ immodicè ſiccandi vim habent, ſiue calida, ſiue frigida, vt ruta, agnus caſtus, nymphea, ſemen corrumpunt & extinguunt.

Contrà vitanda quoq; ſunt, quæ ſemen generant vel prouocant. Generant potiſſimum cibi omnes boni ſucci, bene nutrientes, & totis ſuis ſubſtantijs familiares, vt vina dulcia, vinoſa, vitelli ouorũ, carnes ſucculentæ. Reliqui cibi flatuoſi, vt fabæ, bulbi, ciceres, cæpe, allia: Item qui cibi ſimul ſuut & medicamenta, vt eruca, lini ſemen cibis calidioribus additum: Et qui tantum ſunt medicamenta, vt radix ſatyrionis, eringij, & ſimilia, prouocare magis quam generare ſemen videntur. Sunt autem omnia calida & humida. Hæc igitur omnia, cum vel extinguere vel ſupprimere ſemen conſilium eſt, vitare oportet.

Conueniunt etiam ad ſeminis ſuppreſſionem ſupernarum partium exercitationes, item vnctiones lumborum ex materia frigida. Cuius generis ſunt, oleum roſaceum, omphacinum, melinum, ceratum ſimplex, κηρελαῖον, vulgò refrigerans Galeni

leni appellant. Componitur ex vna parte ceræ albæ lotæ, & tribus aut quatuor partibus olei, cum cera liquatis & commixtis, & poſteà diu multumq́; in mortario pila agitatis, crebro aqua frigida affuſa, dum penitus albeſcat, & aquæ qualitates contrahat. Affunduntur etiam refrigerantium herbarum ſucci, polygoni, lactucæ portulacæ, cremor ſeu muſcilago ſeminis lini. Cùm enim debilem habeat calorem, cenſetur quodammodo media eſſe temperie, ſequiturq́ue naturam aliorum medicamentorum, quibus cum miſcetur. Quemadmodum de oleo idem Galenus teſtatur lib. 2. ſimplicium cap. 22. In aqua igitur lini ſemen coctum, cremorem efficit refrigerantem. Ex papauere, hyoſcyamo, lumborum vnctiones vitandæ ſunt, quod nimium refrigerent, & neruoſo generi obſint.

Porrò ad ſeminis ſuppreſsionem, athletis quibuſdã profuiſſe etiam Galenus teſtatur laminam plumbeam, lumbis ſuppoſitã. Qui plumbi duritiem ferre non poterant, ijs ſuaſit Galenus, vt molliores frondes herbarum, ſemen extinguentium, vt rutæ, nympheæ viticis, lumbis ſubſternerẽt.

Exponit etiam Galenus ſuam experientiam ratione inuentam & vſu comprobatã,

qua

qua eos adiuuit, qui à ſeminis tum exeretione tum retentione prædicta incommoda ſentiebant. Mediocriter boni ſucci cibis ſaturatis venerem concedebat, poſteà cum ſatis dormiſſent poſtridiè fricti vnctiq; ac nouo cibo ſtatim refecti, nihil incommodi ſentiebant. Similem roborandi ſtomachi rationem Grammatico dedit, cuius etiam meminit lib. 5. de locis affectis. Qui cum frequenti epileptica conuulſione laboraret, ex flaua bile os ventriculi infeſtante, nullum ſenſit præſentius remedium, quam ſi maturè ventriculum cibo firmaret.

Addit autem Galenus generale præceptum, quo diſputationem de ſanitate tuenda concludit. Omnes homines Medicinæ etiam imperitos, qui aliquam valetudinis ſuæ rationem habent, & non planè pecorũ ritu viuunt, in ſeipſis obſeruare debere, tum qualitates, tum quantitates, tum etiam tempora earum rerum, quibus in tuenda valetudine maximè vtuntur, atq; obſeruare, à quibus vel juuentur vel lædantur, vt hęc fugere, illa verò ſequi conſueſcant.

CAPUT XX.

Supra lib. 4. cap. 14. promiſſum à ſe medicamentum, quod ex malo cotoneo

conſi-

conficitur, concoctionem ventriculi iuuat, & robur ipſi conciliat, languentemq́; appetentiam excitat, cum prætermiſiſſet Galenus, ab amico quodam monitus, hoc loco attexere voluit. Eſt autem huiuſmodi.

℞. Succi malorum cotoneorum, eorum quæ minus acerba ſunt, ſexta. ii hoc eſt, libras vſitatas. iii Mellis optimi tantundem. Aceti ſeſquiſextariũ. Hæc modicè coquantur ſupra prunas, & ſpuma detrahatur.

Adde poſteà zinziberis vnc. iii. Piperis albi vnc. ii. Deinde rurſus lento igne coquito & agitato, dum mellis craſsitudo exiſtat. Hac enim conſiſtentia ſtomachica medicamenta omnia præparanda ſunt.

Offeruntur huius medicamenti circiter duæ aut tres dragmæ manè ieiunis. Interdum etiam paulò ante prandium aut cœnam, magis tamē duabus aut tribus horis ante cibum. Interdum etiam poſt cibum, iis ſcilicet, qui frigida ventriculi intemperie laborant.

Qui calidum habent ventriculum, iis nec zinziber nec piper admiſcetur. Qui mediocri ſunt temperamento, iis ſatis eſſe putat, ſi zinziberis & piperis dimidium dictæ quantitatis exhibeatur. Hæc autem omnia pro Medici coniectura moderanda ſunt.

Non minus autem roborando iecori quàm ventriculo hoc medicamentum prodeſſe Galenus putat. Ideoq́; conuenit iis etiam, quibus iecur imbecillius eſt, quemadmodum poſt vehementiores purgationes eſſe ſolet.

FINIS.

PATHOLOGIA.

TERTIA MEDICINÆ PARS,

ſeu,

In tres libros Galeni de morborum & ſymptomatum differentiis & cauſis commentarius.

AVTORE

IACOBO BORDINGO.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

LECTORI S.

ETſi Galeni de morborum ſymptomatumq́; differentijs & cauſis ſex libri extent, tamen in hac parte ſolummodo priorum trium librorum explicationem, à clariſſimo Medico D. Iacobo Bordingo olim traditam in Academia Roſtochienſi, reperies, quam, cum locum poſtea mutaret, pertexere in poſteriores etiam libros non potuit. Voluimus autem hunc ipſum commentarium, licet imperfectum, ſuperiori in libros Galeni de ſanitate tuenda coniungere, tum quia coniunctæ ſunt hæ Medicinæ partes, tum quia multa ſunt in eo erudita & digna conſiderationæ, quæ Medicinæ ſtudio deditì non aſpernabuntur. Vale, & his fruere.

AR-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ARGVMENTVM
ac diſpoſitio
SEX LIBRORVM
GALENI DE
morbo & ſympto-
mate.

CVM eorum, quæ corporibus præter naturã accidunt, tria ſint genera, morbus, cauſa morbum præcedens, & quod morbum inſeparabiliter ſequitur, ſymptoma, Galenus in hoc Opere de ſingulis ita diſputat, vt perfectam planè doctrinam methodo ac demonſtratione extructam tradat. Vtitur autem in ea extruenda vſitatis illis logicis inſtrumentis, definitione, diuiſione, reſolutione, ac demonſtratione, quas Ariſtotelis interpretes etiam particulares methodos appellauerunt.

Primum enim quid ſit morbus, inquirit. Deinde couſtituto genere, per proprias differentias ipſum diuidit, donec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

omnes (vltimas) morborum ſpecies inuenerit.

Poſteà ſecundo libro inuentas morborum ſpecies, eo ordine, quo inuentæ ſunt, in ſuas cauſas reſoluit. Principio autem vbique ſumit omnibus nota, aut alibi demonſtrata, vt nihil ſit, quod non certa demonſtratione conſtet.

Porrò eadem methodo in ſymptomatum doctrina progreditur. Tertio enim huius Operis libro, diligenter primum, quid ſit ſymptoma, & quomodo à morbo differat, oſtendit, deinde ſymptomatum differentias omnes diuidendo perſequitur.

Quarto, quinto & ſexto libro inuentas iam ante ſymptomatum ſpecies, eodem ordine, quo inuentæ ſunt, repetit, & ſingulas in proprios morbos ſeu cauſas reſoluit.

Quæ ſit vtilitas huius doctrinæ, de morbo & ſymptomate.

Duæ ſunt præcipuæ artis medicæ partes, vna, quæ præſentem ſanitatem tuetur, altera, quæ depulſo morbo amiſſam reſtituit, illa ὑγιεινὴ, hæc θεραπευτικὴ Græcis di-

cis di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

cis dicitur. Ac Medicus cenſetur, qui quibus rebus vtrumque perfici poſsit, exploratum habet.

Etſi autem ad remediorum inuentionẽ alij alia via contendunt, vna tamen vera ac rationalis tantum eſt Methodus, qua vtramque facultatem, conſeruandæ ſanitatis, & morbi curandi, ex ſanitatis & morbi cognitione extruit: Sic ſanitatem, quæ vnica & ſimplex eſt, nemo rectè tuetur, cui ipſa ſanitatis eſſentia prius non ſit explorata, multò minus morbum curabit, qui quid morbus, & quam multiplex ſit, ignorauerit. Rectè igitur Galenus in fine artis medicinalis, & in libris Methodi, alijsq́; locis quam plurimis affirmat, ad curandi artem, hanc doctrinam de morborum & ſymptomatum differentijs & cauſis, quæ his ſex libris continetur, omninò neceſſariò ſupponendam.

CAPVT I.

HOc caput nihil aliud continet, quã breuem ſummam & ordinem totius primi libri. Quid videlicet traditurus ſit, quid morbus ſit, quot ſint morbi ſimplices, & quot compoſiti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT II. III. & IIII.

DE MORBI ET *ſanitatis eſſentia, & mor-borum differentijs.*

GAlenus in ſingulis medicinæ theore-matis explicandis, vtitur Dialecticis in-ſtrumentis, Definitione, Diuiſione, aut Syllogiſmo aliquo demonſtratiuo. Vt autem in morbi definitione verum genus & differentias inueniat, orditur ab eo, quod morbo contrarium eſt, videlicet ſanitate, & quia contrariorum eadem ſit doctrina, & ſanitatis natura ſit prior & ſimplicior.

Principium autem omnibus notum, ex quo morbi definitionem extruit, artis prin-cipium non eſt, ſed præcepta artis, quæ cer-ta demonſtratione vtuntur, ex huiuſmodi principijs petenda ſunt. Eſt autem hoc principium illud: Omnes homines ſanos ſe eſſe putant, cum omnibus corporis par-tibus ita valent, vt omnes actiones commo-dè obire poſsint. Ægrotare verò ſe ea par-te exiſtimant, cuius actionem læſam ſen-tiunt.

Hinc deinceps Galenus colligit, ſani-tatem duorum alterū eſſe debere, vel ipſam

natura

naturalem actionem, vel naturalem corporis ac membrorum conſtitutionem, quæ naturalium actionum eſt cauſa. At actionem inde non eſſe probat, quod per ſomnum & quietem, & in tenebris plerumq; nihil agimus & ſentimus, cum tamen nihilominus ſani ſimus. Rectè igitur concludit, ſanitatem nihil aliud eſſe, quam conſtitutionem ſeu affectum ſecundum naturã, quæ probarum actionum cauſa exiſtit.

Præſtantia autem & robur actionum, non ſimpliciter & abſolutè, ſed pro cuiuſque natura æſtimanda eſt.

Porrò cum morbus ſanitati ſit contrarius, & contraria eidem generi ſubiecta ſint, conſtat morbum non eſſe prauam actionem, ſed affectum præter naturam, prauæ actionis cauſam.

Definito morbo progreditur ad explicandam alteram quæſtionem, quam ſecundo loco propoſuerat, de ſimplicium morborum numero.

Simplicium morborũ numerũ noſſe nihil aliud eſt, quam exactè ſcire, quot modis corpora à naturali ſtatu, in eũ, qui pręter naturã eſt, mutentur. Atq; hic rurſus aſſumit hypotheſin, omnibus medicorũ ſectis communẽ. Quæcunq; ſecundũ naturã ſe habẽt,

ea omnia eſſe aliquo modo σύμμετρα ſeu moderata, quæ verò pręter naturã, ἄμετρα. Quomodo autem à συμμετρία ad ἀμετρίαν recedatur, ſcire non poſſumus, niſi prius quarum rerum συμμετρία ſit, cognouerimus.

Plures autem ſententias Galenus affert, ex quibus vna tantum vera eſt, quæ affirmat ſimilarium corporis partium συμμετρίαν eſſe, primarum qualitatum juſtum temperamentum, organicarum verò, continentem, magnitudinem, conformationem, numerum ac ſitum.

Eorum dogma, qui corpus ex vno conſtare affirmarunt, omninò ab hac diſputatione reijcit, & paucis ita confutat. Si ſimplex & exactè vnum eſſet corpus, ſanitas & morbus non reciperent magis & minus, & vna ſanitas altera melior aut deterior non reperiretur; ſimiliter & morbi omnes æquales eſſent. Sed multæ ſunt ſanitatis & morborum differentiæ, ſecundum magis & minus. Quidam enim omninò integra ac firma, alij non ita firma ſanitate fruuntur. Ac rurſus ægrotantes, alij leuiter ſeu mediocriter, alij valde, σφοδρῶς, alij pernicioſe ægrotant. Non igitur ex vno corpora conſtant.

Verum quanta ſit ſanitatis latitudo, & quot eius differentiæ, exacte ſatis explicatur initio artis medicinalis.

Altera hypotheſis eſt eorum, qui ex pluribus ſed impatibilibus corpus componunt, cuius συμμετρια in vno tantum genere conſiſtit, nempè in conformatione: Quémadmodum domus συμμετρία in apta partium diſpoſitione, ſi lapides & reliqua eius materia ſit impatibilis & inalterabilis.

Porrò talis compoſitionis non plures quam tres ſpecies in corpore cogitari poſſunt. Quarum vna eſt,totius ex omnibus partibus coagmentatio. Altera, ſingulorum organorum ex diuerſis ſimilaribus conſtructio. Tertia, debita meatuum conuenientia ſeu mediocritas: Quæ cum dupliciter tantum corrumpatur, exceſſu videlicet & defectu, ſequitur ex hac hypotheſi, duo tantum eſſe in ſimilaribus partibus ſimplicia morborum genera, nimirum latitudinem meatuum, & eorundem conſtrictionem. Et carnem ſeu aliam quamuis ſimilarem partem tum ſanam eſſe, cum neq; nimis laxa eſt, neq; nimis denſa: Tum verò ægrotare, cum vel rarior vel denſior, quam pro mediocritate, facta fuerit.

Notandum tamen eſt, quod Galenus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

addit, quoſuis exceſſus vel defectus morbos non eſſe, ſed eos tantum, qui eo vſque progreſſi ſunt, vt naturales actiones lædant manifeſte ac ſenſibiliter. Atque hæc eſt ſumma eorum, quæ continentur cap. 2. 3. & initiò quarti.

In prædicta autem hypotheſi Galenus non acquieſcit, ſed ſubiungit veram philoſophorum & medicorum ſententiam, ſimilaria conſtare ex pluribus elementis, ijſdéq; patibilibus, quæq; in ſe mutuò agunt, ac tota per tota miſcentur. Quę elemẽta, quot, & cuiuſmodi ſint, Galenus hic non demõſtrat, ſed alibi, vt in libris de elementis, & in commentarijs in librum Hippocratis de natura humana.

Demõſtratũ itaq; aſſumit, atq; inde ſimilariũ partium primos ac ſimplices morbos ita inueſtigat. Si, inquit, ita conceſſerimus, ſimilarium partium eſſe elementa quatuor illa, calidum, frigidum, humidum, & ſiccũ, atq; in his probè temperatis ſimilariũ partium ſanitatem conſiſtere, neceſſe eſt, vt ex ijſdem male temperatis, quatuor exiſtant ſimilarium morborũ genera, vt cum aliquod ex prædictis quatuor modum in temperamento non ſeruauerit. Quarum enim rerum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

rum ſymmetria ſanitas eſt, earundem etiam ametriam morbum eſſe, modo demonſtratum eſt. Ad hunc modum ex poſteriori hypotheſi, quæ ſola vera eſt, ſimilarium morborum numerum conſtituit.

Deinceps organicorum morborum genera perſequitur, quod ea doctrina ex vtraque hypotheſi commodè extruatur.* Vtraq; enim ſecta, id quod ſenſui manifeſtum eſt, admittit, eandem ſcilicet compoſitionis rationem in organicis. Habentque illud omnes pro certo ac firmo, vniuerſam hanc corporis ac membrorum compoſitionem, non caſu aut fortuna, ex quibuslibet temere congeſtis ita coaluiſſe, ſed ſapientem naturam, quæ fruſtra nihil molitur, omnia quæ in corpore ſunt, certa figura, certo particularum numeio, certa magnitudine condidiſſe, ac certo loco collocaſſe, certæ alicuius actionis ac vſus gratia. Quod cum ita ſit, ſequitur, in his quatuor generibus, partium figura, numero, magnitudine, & ſitu, virtutem ac vitium, ſanitatem ac morbum conſiſtere, ſanitatem quidem, ſi ſingula moderata fuerint, morbum ſi immoderata.

Explicat autem paulò exactius hæc genera,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

nera, vt ſub figura comprehendat non ſolùm juſtam ac conuenientem circumſcriptionem, ſed etiam in cauitatibus, meatibus, & ſuperficie mediocritatem. Ac morbus in figura ſit non ſolùm peruerſa forma, ſed etiam meatus aut cauitas aliqua excedens aut deficiens, & ſuperficies aſperior aut leuior, quàm conuenit.

Alterum organicæ ſanitatis genus eſt, juſtus numerus partium integralium ſimul collectarum, ad organi cuiuſuis conſtitutionem. Quarum ſi vna aliqua aut plures defuerint, morbus conſiſtet in numero diminuto, ſin abundauerit, morbus erit in numero aucto.

Tertium genus eſt, juſta & mediocris magnitudo, quanta videlicet ſingulis partibus ad idonei organi conſtructionem conuenit. Quæ ſi modum exceſſerit, morbus vocabitur in magnitudine aucta, ſin infra modum ſubſtiterit, in magnitudine diminuta.

Quartum genus Galenus ponit, in apta collocatione ſingularum partium, & earum mutua ſocietate ſeu conſenſu, in quibus ſi quid erratum fuerit, morbus in ſitu ſeu poſitione appellabitur.

Vt autem exactius totius compoſitionis, &

nis, & morborum qui compoſitioni accidunt, conſtaret, ſubijcit Galenus aliquot organicarum partium differentias.

In primo ordine ponit eas, quæ quam ſimpliciſsime ſunt compoſitæ, & ſimpliciſſimis actionibus deſtinatæ ſunt, quęq; mox in ſimilaria reſoluuntur, cuiuſmodi ſunt, muſculus, arteria, vena.

In poſtremò ordine eas, quæ maximè varium & multiplicem vſum habent, & actionibus præſunt, maximè compoſitis, & immediate non in ſimilaria, ſed in alia organica reſoluuntur, cuiuſmodi ſunt, caput, thorax, crux, brachium, cum tota manu. In medio autem collocat, quæ medio modo ſe habent, vt manus, pes, digitus.

Ita iam inuenit Galenus, tum ſimilariũ tum organicarum partium proprios ac ſimplices morbos. Similarium quidem ex vna hypotheſi, meatuum latitudinem ac conſtrictionem, ex altera verò, intemperiem calidam, frigidam, humidam & ſiccam. Organicarum verò partium ex vtraq; hypotheſi, morbum in figura, magnitudine, numero ac ſitu. Verum quod ad organica attinet, ſola poſterior hypotheſis tenenda eſt.

Veris enim fundamentis nititur, dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

affirmat ſimilaria ex elementis conſtare, ſolido, frigido, humido & ſicco, totis per tota alteratis : Et quod ſimilaria ſana ſint, cũ horum elementorum obtinent juſtam temperaturam. Hac enim vitiata, vitiantur potiſsimum actiones, & illa corporis accidentia, quæ ſimilarium ſanitatem comitari ſolent, vt viuidus color, bonus habitus, in mollitie & duritie mediocritas. Quemadmodum ſi organicarum partiũ commoderatio in figura, numero, magnitudine & poſitione vitiata fuerit, corrumpuntur non ſolum actiones, ſed ipſa etiam corporis elegantia ac venuſtas, quæ ex membrorum συμμετρία oritur.

In fine quarti capitis inquirit Galenus, num genus aliquod morbi eſſe poſsit, quod tam ſimilaribus quam organicis ſit propriũ. Cumq; ſimilare & organicũ differentię ſint, quibus corporis noſtri partes diuidũtur, ſibiq; inuicem ſint oppoſitæ, vt compoſitũ & non compoſitum, demonſtrat ex natura diuiſionis, vnũ aliquod, idẽ vtriq; differentiæ proprium eſſe non poſſe. Propriũ enim eſt, quod vni ſoli conuenit, atq; ita morbum, qui organicæ partis proprius eſt, ſimilari parti non magis conuenire, quam riſibile, quod ſolius rationalis naturæ propriũ eſt, irrationali conuenit.

Oſten-

Oſtendit autem Galenus methodum, qua genus aliquod morbi inueniri poſsit, quod vtriſq; partibus ſit commune hoc modo.

Si, inquit, aliquid eſt, quod tam ſimilaribus quam organicis, ſecundum naturam habentibus, ſit commune, ipſiſq; ad actioné, vſumúe quem præſtant, cõmuniter aliquid conferat, omninò neceſſe eſt, ſi idipſum vitiatum fuerit, morbum exiſtere, qui vtriſq; partibus ſit communis.

Affirmat verò hoc ipſum eſſe vnitatem ſeu continuitatem, ſecundũ quam vnaquæque pars, tam organica quam ſimilaris, obtinet id, vt vnũ vel continuum eſſe dicatur.

Ea ergò ſi corrũpatur, morbus exiſtit, quem generaliter vnitatis ſeu continuitatis ſolutionem nominant. Pro partibus autem affectis, ſpeciatim alia atq; alia nomina poſteà ei tribuit.

Sed Auerrhoes, & pleriq; qui ipſum ſequuntur, continuitatem ſimilaribus tantum tribuunt, contiguitatem verò organicis, atq; ita negant, quod Galenus hic affirmat, eſſe aliquam naturam communem, vtriſq; participantem.

Dicuntur autem continua, quorum extrema ſunt vnum, ſeu quæ conſtant ex partibus, in ſe inuicẽ poſitionẽ habentibus, quẽ-

admo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

admodum diuiſæ lineæ vtraq; pars commune habet punctum.

Contigua verò dicuntur, quorum extrema ſunt ſimul. Verum Auerrhois ſententia locum in artificialibus operibus habet, in quibus partium extrema ſe mutuo contingunt, veram autem continuitatem non ſuſcipiunt.

In naturali corporis noſtri partium compoſitione, alia eſt ratio. Cutis enim, caro, venæ, arteriæ, membranæ, oſſa &c. ita inter ſe connaſcuntur, vt vna ibi continuitas eſſe facilè appareat. Cumq; brachium, aut pes, aut ſimile quoduis organicū membrum vnum ſit, quid obſtat, quo minus continuum etiam rectè dicatur.

Qui tamen Auerrhoem cum Galeno conciliare ſtudent, eorum ſententias ita interpretantur, vt dicant: Quodcunq́; membrum ſimilare in ſeſe continuitatem habere, diuerſa verò quæ organum conſtituunt, inter ſeſe contiguitatem. Præterea continuitatem & continuitatis ſolutionem conuenire ſimilaribus primò & per ſe, organicis verò per accidens, quemadmodum & temperatum.

Sed nihil refert, ſiue continuitatis aut contiguitatis ſolutionem appellemus, mo-

dò ter-

dò tertium quoddam morbi genus conſtituamus, quod neq; in temperie, quę ſolis ſimilaribus conuenit, neq; in ſola mala compoſitione, quæ organorum propria eſt, ſit comprehenſum, quodq; fiet inciſione, eroſione, ruptione, contuſione, vt poſteà explicabimus.

Qui hæc principia de generibus morborum, quæ in compoſitione & ſoluta vnitate conſiſtunt, ſubuertere tentant, hoc argumento vti ſolent.

Quæ naturaliter agunt, agunt ratione contrarietatis, ſeu vt contraria in contraria. Sed quantitati, vt quantitas eſt, nihil eſt contrarium. Continentur autem ſub quantitate, magnitudo & vnitas. Figura, etſi ſub qualitatis genere continetur, tamen inter agentes qualitates non numeratur: Item poſitus, per ſe agendi vim non habet.

Igitur non rectè dicimus, hęc commemorata accidentia, ſi moderata fuerint, ſanitatis partem eſſe, quæ bonas actiones efficiat, & ſi immoderata fuerint, morbum ſeu affectum conſtituere, à quo prauæ actiones edantur.

Reſpondeo: Ad agendum tria hæc requiri, ſubiectum ſeu patiens, facultatem ſeu formam agentem, & inſtrumentum. Quem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

admodum autem ſubiectum vt patiatur prædiſpoſitum eſſe oportet, & propinquum: ita & inſtrumentum corporeum quod formæ agenti auxiliatur, debet ſuam quoq; diſpoſitionem habere. Diſponitur autem per figuram, numerum, magnitudinem, poſitionem, & vnitatem.

Primum quidem actionis principium Phyſicis eſt Anima: Medicis, qui non ita ſubtiliter philoſophantur, ipſa corporis membra: Primum quidem principalia membra, ex quibus ceu fontibus ſpiritus & facultates manant, vt cor, cerebrum, teſtes, jecur: Deinde & alia, quæ ſpiritus & facultates à principalibus recipiunt. In his autem omnibus, præter animam actionum præcipua cauſa eſt, natura ſimilaris, ſeu quatuor qualitatum juſtum temperamentum, minus præcipua, natura organica, ſeu compoſitio. Hæc enim non tam agere dicitur, quam actionem expolire atq; perficere.

Vnitas id præſtat commodi, vt facultas agens conſeruetur, quæ ſoluta vnitate facilè diſsipatur: Quamquam ſolutio vnitatis raro per ſe ſubſiſtit, vt non aliud morbi genus, nempè intemperies, aut mala compoſitio etiam accedat.

QVO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quomodo, quid ſit Morbus, Methodo ſit inquirendum, ex libro primo Methodi, cap. 44. vſq; ad finem.

MEthodo aliquid inquirere & inuenire, opponitur ei, quod eſt temerè ac fortuitò. Eſt enim Methodus eiuſmodi doctrinæ genus, in qua poſitis firmis ac euidentibus Principijs, certa quadam via & ordine ita proceditur, vt in inquiſitione aliud ſit primum, aliud ſecundum, tertium, quartum, & ita deinceps, vſq; dum id, quod initiò propoſitum erat, ſit inuentum.

Exempli gratia. Propoſitum eſt hic Galeno, vt primi libri titulus pollicetur, morborum omnium differentias ſeu ſpecies inuenire. Species autem non inuenientur, niſi conſtituto prius per definitionem genere. Primum igitur quid ſit morbus inquirit. Cùm autem inquiſitionum principia omnibus nota eſſe debeant, eſſentiali definitioni præponit adhuc nominis definitionem, ſeu vt ipſe vocat, communem notionem, quid videlicet omnes homines per hanc vocem morbus ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ægrotatio, & per ipſa coniugata, ægrotare, ægrotus, intelligant. Satis autem conſtat, hæc vocabula tum ab omnibus vſurpari, cùm naturalis corporis actiones læſæ aut vitiatæ ſunt, quemadmodum & ſanum eſſe, & valere, in contraria ſignificatione vſurpantur, cum corporis actiones integræ ſunt, atq; illæſæ.

Hoc principio à multitudine ſumpto ſuppoſito, deinceps quid morbus ſit, hoc modo inquirit: Cùm corporis actiones, modo integræ ſint, modo læſæ ac vitiatæ, oportet huius mutationis cauſam aliquam ſubeſſe. Indemonſtrabile enim axioma eſt, nihil fieri ſine cauſa.

Inquirenti igitur, quid ſit morbus, duo hæc occurrunt; Actio ipſa corporis læſa, & eius cauſa, quæ eſt corporis affectus, ſeu corpus aliquo modo affectum. His accedit etiam tertia cauſa; corpus ita afficiens, quæ in ſanitate quidem ſemper eſt præſens, in morbo autem modò adeſt, modò abeſt.

Quartum prætereà genus eſt à tribus ſuperioribus diſtinctum, nimirum corporis affectus, qui vnà incidere ſolent, non bene valente corpore, actionibus tamen neq; commodant quicquam, neq; incommodant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

dant. Huiuſmodi ſunt colores, pallor, rubor, ſqualor, malus odor, aliæque qualitates ſenſibiles, corpori inhærentes.

Quatuor hæc genera Galenus primo Methodi appellat ἀλλήλοις παρακείμενα, hoc eſt, ſibi inuicem connexa ſeu adiacentia, quod videlicet inter ſe coniuncta reperiantur, tum ægrotante, tum etiam benè valente corpore. Per ſanitatem enim eadem quatuor genera inquirentibus occurrunt, primum naturalis corporis actio, deinde corporis affectus, qui ſit proxima naturalis actionis cauſa. Tertiò cauſa eiuſmodi affectum efficiens. Poſtremò ea, quæ corpori inſunt, actionibus tamen neq; commodant neq; incommodant, vt color, nitor & elegantia oris.

Quatuor his generibus, quæ vulgus Medicorũ & logices imperiti ferè confundunt, ita accuratè diſtinctis, reliquum eſt, vt ſub eorum aliquo ſanitatem & morbum collocemus. Cùm enim hæc duo ſint contraria, neceſſe eſt, vt ſub eodem genere contineantur; & ſi vitioſa actio morbus eſt, integra actio ſanitas erit, & contrà. Rurſus ſi corporis elegantia, color, nitor, ſanitas eſt, decoloratio, ſqualor, & ſimilia morbus erunt, & contrà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

In quocunq; enim genere ſanitatem collocaueris, in eodem & morbum, & rurſus, in quocunq; morbum collocaueris, in eodem & ſanitatem collocari neceſſe eſt. Contraria enim ſunt, quæ ſub eodem genere poſita, quamplurimum tamen inter ſe diſsident.

Porrò ne quis exiſtimet de nominibus controuerſiam eſſe, liberum permittit, vt ex propoſitis generibus, quoduis ſanitatis & morbi nomine appellemus: Modò in eo conſentiamus, quod nam illud ſit, quod vel conſeruationem vel ablationem ſui poſtulat, in quo tuendo vel immutando Medicum præcipuè intentum eſſe oportet. Iam verò communi loquentium vſu receptũ eſt, vt alterũ ſanitas, alterũ morbus appelletur.

Prudenter autẽ monet Galenus, eos præſertim qui docẽdi munus ſuſcipiunt, vt nominibus non aliter vtantur quam vulgus, vel ſi à multitudine recedere velint, prius paciſcantur, quomodo ijs nominibus vti velint, atq; in ea vſurpatione quæ ſemel placuit, poſteà perpetuò perſeuerent.

Morbum igitur Galenus appellat affectum illum, qui proxima cauſa eſt læſarum actionum. Huc enim, vt auferatur, omne Medici conſilium ſpectat. Quod ſi quis vitio-

vitioſam actionem morbum nominare velit, liceat ſanè, modo illud conſtet, à vitioſa actione, curationis conſilium ſeu indicationem petendam non eſſe, ſed à corporis affectu, qui eſt vitioſæ actionis cauſa.

Si enim ad curandã læſam actionem ceu morbum medicus conſilium dirigat, Phlegmonem, Ereſipilas, Scirrum, & ſimiles affectus, qui ſunt læſarum actionum cauſæ, quaſi morbos negliget, quod eſt abſurdum.

Rurſus ſi vitioſa vel diminuta actio eſt morbus, integra actio ſanitas erit. Sed accidit plerumq;, vt per quietem & ſomnum nulla ſit corporis actio, intereà tamen nihilominus ſani ſumus. In tenebris nihil videmus, oculorum tamen ſanitate intereà fruimur. Si igitur ſanitas aliud quiddam eſt ac diuerſum ab actione, ſequitur quoq; morbum actionem eſſe non poſſe.

De tertio genere ſimiliter demonſtrari poteſt, morbum, hoc eſt, id quod curationem præcipuè poſtulat, & ſanitati vt contrarium opponitur, minimè ſub ipſis conmprehendi. Cùm enim cauſa, malum corporis habitum efficiens, ſæpè externum quiddam ſit, quod à corpore ſe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

parari & abeſſe poteſt, morbum autem quod ablationem ſui poſtulet, præſentem eſſe oporteat, ſatis patet, ipſum ſub hoc genere non contineri.

Porrò ad quartum genus non pertinere, ita fit manifeſtum. Primum, quod noſtra cauſa expetimus, ſunt inculpatæ corporis actiones. Singularum autem partium ſanitatem expetimus, & morbum fugimus, propter actiones. Videre quiſque optat ſua cauſa, oculorum autem ſanitatem expetit, vt videat. Cùm autem ea quæ in quarto genere poſita ſunt, nullam cauſæ rationem habeant, vt actionibus quicquam vel commodent vel incommodent, ſintq; tantum ſymptomata, id eſt, quædam ſimul incidentia, quæ naturales actiones bonas vel malas comitentur, ideoq; curationem peculiarem nullam deſiderent: certum eſt, morbi nomen non mereri.

Quare cum id quod curationem requirit, quod morbum iam nominare cœpimus, neq; actio ſit, neq; cauſa illa remotior, quæ corporis affectum, vnde actio proficiſcitur, immutat, neq; ſymptomata illa, quæ actionibus nihil commodant aut incommodant, relinquitur, vt ille ſit corporis affectus, qui proximè & per ſe læſarum actionum cauſa exiſtit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

exiſtit. Quod igitur initiò propoſitum erat, vt quid morbus eſſet, intelligeremus, id methodo iam & demonſtratione conſecuti ſumus, eſſe nimirum præſentem corporis affectum, qui proxima eſt cauſa, cur actiones non fiant ſecundum naturam.

Affectus autem vocabulum non tam ſtrictè accipiendum eſt, vt ab Ariſtotele vſurpatur, ſed pro quacunq; corporis conſtitutione, ſiue ea in ſubſtantia, ſiue in qualitate & temperamento, ſiue in figura, ſiue in magnitudine, ſiue in numero, ſiue in collocatione, connexione, vel vnitate partium conſiſtat. Quemadmodum & contrarium, quod Medici vſurpant, latius multo patet, quam Ariſtotelis contrarium in qualitate, pro eo quod immutationem aliquam affert, ſiue in ſubſtantia, quantitate, qualitate, ſitu; Vide Galenum lib. *11.* Methodi cap. *12.*

Quod autem nos hic affectum, habitum, conſtitutionem, diſpoſitionem, appellamus, Græci διάθεσιν & κατασκευὴν nominant. Ac differt ab eo, quod illi πάθος vel πάθημα, nos paſsionem vel affectionem nominamus, quod affectio motus quidam ſit tranſiens, ἐν τῷ γίνεσθαι: Affectus verò, mutatio fixa & permanens, ἐν τῷ γεγενῆσθαι.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

γενέσθαι, ab affectione in corpore relicta, quaſi impreſſum affectionis veſtigium.

Exempli gratia. Quatenus à calore ſolis corpus immutatur, immutatio πάθος dicitur, id eſt, affectio. Quatenus verò accenſa ab ipſo calore febri, corpus iam immutatum eſt, immutatus ille corporis ſtatus aliquamdiu perſeuerans, affectus dicitur: Vide Galenum cap. 3. lib. 2. Methodi, item capite primo lib. 3. huius Operis de morbo & ſymptomate.

Sic morbus affectus eſt iam factus, πάθος mutatio adhuc fiens. Quod factum eſt, fixum manet ac ſtabile, & finem quo ducebatur, dum pateretur, iam attigit. Quod verò fit, mouetur. Motus verò nullas habet partes permanentes. Non autem neceſſe eſt, vt affectus quem morbum appellamus, vſque adeò diu in corpore perſiſtat, ſed ſatis eſt, ſi vel temporis momentum durat.

Quod Galenus in arte medica morbum diuidit in factum, fientem & futurum: Futurum morbum tantum potentialiter morbum appellat, cum parata quædam eſt cauſa morbi, tamen nondum quicquam efficit, ita vt ſola Prophylactica medi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

medicina ſit neceſſaria. Huiuſmodi morbus eſt corporis cacochymia, verum morbum præcedens. Fientem morbum appellat, qui partim iam factus eſt, ita vt actiones ſenſibiliter lædat, partim verò à cauſa ſua adhuc præſenti fouetur, vt ſimul & πάθος & morbus dici poſsit. Cui prophylactica & therapeutica medicina ſimul ſit opus, illa, vt præcaueat morbum futurum, hæc, vt morbum ſubmoueat.

Porrò cum morbum dicimus eſſe affectum, proximè, immediatè, ſeu primò & per ſe, quod idem eſt, actionem lædentem, intelligendum eſt de actionibus ſecundum cuiuſq; naturam, ſenſibiliter læſis. Milo ægrotat, cum bouem geſtare non poteſt per integrum ſtadium. Si id alius quiuis non poteſt, non ideò tamen ægrotat. Sic pueri & ſenes ad multas actiones inepti ſunt, non ob affectum aliquem corporis, qui ſit præter ipſorum naturam, ſed ob quandam imperfectionem, quæ ipſis eſt naturalis.

Cùm igitur morbum definimus, ad naturales & cuiuſq; proprias actiones reſpiciendum eſt, eaſq; ita læſas eſſe oportet, vt ſenſus etiam deprehendere poſsit. Exigui corporis affectus, qui actiones quidem

dem lædunt, ſed ita obſcurè, vt id ſenſibus non percipiatur, non in morbo, ſed ſanitatis latitudine ponendi ſunt.

De morbi cauſa, quomodo à morbo & ſymptomate diſtinguatur.

GAlenus primo capite lib. 3. huius Operis, cauſam generaliter definit, eſſe id, quod ſuapte natura poteſt ei quod fit, inducere aliquam ſuæ generationis partem. Huiuſmodi cauſarum genera plura ſtatuuntur. Quæ autem à nobis hic conſideratur, eſt cauſa ipſa efficiens, & materia in qua.

Efficiens cauſa eſt, à qua motus principium exiſtit. Materia in qua, vel circa quam eſt, cui aliquid tanquam ſubiecto inhæret: Cùm igitur formale morbi ſit ille, de quo modo diximus, præter naturam affectus ſeu conſtitutio, vnde fit ſenſibilis actionum læſio, quæ ſit cauſa eius efficiens, & quæ ſubiecta materia, deinceps nunc inquirendum.

Ac primum quidem de ſubiecta materia dubitandum non eſt, quin ſit corpus ipſum, vel ipſæ corporis partes, non humores, ſpi-

res, ſpiritus, excrementa, aliæúe vllæ ſubſtantiæ, quæ de partium ſubſtantia non ſunt. Sanitas enim, quæ actiones perficit, ipſarum partium recta conſtitutio eſt, & actiones à partibus prodire dicuntur, non ab humoribus. Igitur & morbus partium ipſarum vitioſa conſtitutio eſt, non ſanguinis aut ſpirituum, qui partes non ſunt, ſed in partibus continentur, vel potius in corpore diffluentes, certam ſedem nullam habent. Qui humores partibus adnumerant, facilè in eum errorem incidunt, vt humorũ vitium, morbum eſſe credant, atq; ita morborum cauſas cum morbis confundant.

Vt certum igitur diſcrimen, inter morbos, morborum cauſas, & morborum ſymptomata ſtatuamus, prius hæc tria diligenter diſtinguere oportet: Corporis partes, corporis contenta, & corporis actiones. Quicquid ex his tribus à naturali ſtatu recedit, id præter naturam ſe habere dicitur.

Cęterum quod in contentis vitium exiſtit, morbi cauſa eſt, quod in partibus, morbus, quod in actionibus, ſymptoma.

Ac morbus quidem partibus non aliter inſidet, quam impreſſa imago ceræ aut alteri ſubſtantiæ. Quod verò impreſſionem illam facit, merito efficiens cauſa appella-

pellatur, ſiue materiale id ſit, ſiue immateriale, ſiue in corporis ſpacio contentum, vt humores, ſpiritus, excrementa, vapores, flatus, lumbrici, calculi, & alia huiuſmodi, ſiue extrinſecus incidens, vt aër, alimenta, medicamenta, in motibus, ſomno, vigilijs, venere, animi affectibus immoderatio. Et alia multa, quæ fortuito incidunt, vt ignes, gladij, feræ. Et in ſumma, quæcunque illam ſymmetriam, quæ in corporis partibus eſt, ita vitiant, vt actionum integritas pereat.

Verum cum ad vnius alicuius morbi generationem, multæ ſæpè cauſæ concurrere ſoleant, ordinem & connexionem earum videre imprimis vtile eſt, vt conſideremus, quæ ſint cauſarum cauſæ, & quæ ex his prima, quæ ſecunda, quæ tertia, & ita deinceps, vſque dum ad eam peruentum ſit, quæ primo ac per ſe, non per accidens, actionem vitiat. Hæc enim ſola morbus dicitur, reliquæ omnes communi nomine cauſæ appellantur, quæ actionem quidem vitiant, verum per accidens non per ſe, ſuntque aliæ morbo propinquiores, aliæ remotiores. Quemadmodum pluribus calculis continuò ordine diſpoſitis, ſi primus moueatur, o-

mnes quidem moueri continget, verum vltimus moueri tantum à proximò per ſe dicitur, â reliquis omnibus per accidens. In febri putrida proxima læſarum functionum cauſa ſeu morbus, eſt ignea illa cordis intemperies. Huius cauſa proxima eſt putredo. Putredinis porrò cauſa eſt obſtructio, & impedita perſpiratio. Obſtructionis cauſa, humorum copia, craſsities, lentor. Horum porrò, praua victus ratio.

De Symptomate, quomodo à morbo differat.

QVemadmodum cauſas morbi appellamus, quæcunque morbi generationem præcedunt, ſic vno nomine ſympromata dicimus, quæcunque morbum conſequuntur. Imprimis autem proprium & inſigne morbi ſymptoma eſt, actio ſenſibiliter læſa. Id enim exiſtente morbo ſequi ſtatim eſt neceſſe, eſtque id, quod in communi morbi notione ſtatim occurrebat, ex quo reliqua, quæ de morbo & cauſa morbi iam diximus, per ἀνάλυσιν inuenta ſunt.

Porrò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Porrò in ipſis actionibus connexio & quædam conſecutio eſt, quam hic quoq; conſiderare prodeſt. Vna enim actione læſa, alteram lædi mox contingit, & inde rurſus tertiam, & ita deinceps. Vt ſi ventriculus alimentum non ſatis retineat, ſequitur, quod non ſatis etiam concoquat. Quod coctum non eſt, vel expellitur, vel ſi in corpus diſtribuitur, non aſsimilatur, fitq; vel mala nutritio, vel diminuta, vel nulla. Imbecillem concoctionem ſequuntur & alia ſymptomata, vt inflatio, fluctuatio, alimenti corruptio, & hinc rurſus excrementorum mutatio, fœtor. Vide Galenum infra lib. 3. cap. 4.

In ſumma, omnes excrementorum præter naturam mutationes, ſymptomatum ſymptomata ſunt, quia ſequuntur actiones naturales læſas. Cùm enim benè ſe habent actiones naturales, vt alimenti attractio, retentio, concoctio, excrementorum expulſio, quæ omnes nutritioni ſubſeruiunt, excrementa quoq; tum quantitate tum qualitate ſunt moderata. Quatenus verò actiones illæ læduntur, excrementa quoq; præter naturam mutari neceſſe eſt.

Porrò affectus corporis, quos in morbis apparere, actionum tamen cauſas non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

eſſe diximus, magna ex parte deprauatarũ actionum naturalium ſymptomata ſunt. Huiuſmodi ſunt, colores corporis, pallor, liuor, ſqualor, & quæ oculis cernuntur, mutatæ partium ideæ, vt in facie Hippocratica, nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, &c. Hæc enim omnia naturalium facultatum actiones prius languidas, & quaſi iam extinctas arguunt. Verum de ſingulis ſymptomatum generibus dicemus poſteà. Hæc eo dicta ſunt, vt intelligamus, quid ſit ſymptoma, & quomodo à morbo differat, & quæ ſit ſymptomatum inter ſe, quemadmodum & cauſarum, conſecutio.

Qua methodo morborum ſpecies ſint inueniendæ.

POſteaquàm quid ſit morbus, & quomodo ab ijs, quæ ipſi vicina ſunt, nempè ab efficientibus ipſum cauſis, & conſequentibus ipſum ſymptomatibus differat, inueſtigauimus, proximum nunc eſt, vt propoſitorum generum, morbi, cauſæ, ſymptomatis, differentias & ſpecies quoq; inquiramus.

Priuſquam autem morborum diuiſionem aggrediamur, ſupponendum eſt pro hypotheſi, duplices eſſe corporis partes, pro duplici, quæ in ipſis reperitur συμμετρία. Dicuntur enim ſimilares, quatenus vndiquaq; ſecundum ſubſtantiam ſibi ſimiles ſunt, in quibus nihil aliud conſideramus, quam quatuor elementorum, ſeu quatuor primarũ qualitatũ juſtam proportioné, ſeu συμμετρίαν. Quatenus verò vndiquaq; ſibi ſimiles non ſunt, & in quibus non elemẽtorum, ſed magnitudinis, numeri, figuræ, ſitus συμμετρίαν ſpectamus, organicæ dicuntur.

Neq; exiſtimandum eſt, ſimilares ab organicis circumſcriptione ſeparatas ac diſtinctas eſſe, ſed ſimilares organicarũ quaſi elementa ſunt. Organicæ, præterquã quod ex vno vel pluribus ſimilaribus conſtant, juſtum temperamentum præſupponunt. Vt verò organa ſunt, hoc eſt, perfectarũ actionum inſtrumẽta, alteram etiam συμμετρίαν adſciſcunt quæ conſiſtit in magnitudine, numero, figura, ſitu.

Exempli gratia. Cutis, caro, os, membrana, cartilago, partes ſunt ſimilares. Muſculi autem caro, labiorum & penis cutis, cranij & ſpinæ oſſa, narium cartilagines, peri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

pericardij membranæ, quoniã præter propriam ſubſtantiam, certam etiam habent in magnitudine, numero, figura, ſitu, συμμετρίαν certis vſibus deſtinatam, non iam ſimilares, ſed organicæ partes dicuntur.

Qui nominibus religioſius vtuntur, ſimilare opponunt diſsimilari, organicum autem informi. Etſi enim ſimilaria omnia ſimplici conſtant ſubſtantia, non neceſſe tamen eſt, vt organica ex pluribus ſimilaribus cõponantur. Satis eſt, ſi præter illam ſimilarem ſubſtantiam, qua conſtant, cui proprie debetur temperamentum, alteram etiam naturam ſeu ſymmetriam adſciſcant, quæ eſt in magnitudine, numero, figura, ſitu, vt patet in exemplis cranij, ſpinæ.

Cùm igitur duplex ſit partium natura, organica & ſimilaris, & demonſtratum ſit antea, morbum affectum eſſe corporis, partibus inhærentem, prima morbi diuiſio ab ipſis partibus tanquam à ſubiecto ſumetur, eritq; omnis morbus vel ſimilaris vel organicus. Similaris, quatenus partibus ſimilaribus, quibus nihil aliud quam temperamentum debetur, ineſt. Organicus verò morbus, qui partibus vt organicis, quibus altera illa ſymmetria, magnitudo, figura, numerus, ſitus debetur, ineſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Quemadmodum duplex etiam ſanitas eſt, ſimilaris & organica. Similaris, quæ nihil aliud eſt quam temperamentum. Organica, quæ eſt ſymmetria, magnitudo, figura, numerus, ſitus.

Verum Galenus cap. 4. huius primi libri de differentijs morborum, inuentis duobus his generibus, vlterius inquirit, num aliquod adhuc reſtet morborum genus, quod ſub duplici hac differentia, ſimilaris & organici, non ſit comprehenſum. Inquirit autem hac methodo.

Similares partes habent propriam ſuā συμμετρίαν: Hæc cum vitiata eſt, morbus dicitur. Similiter partes organicæ habent ſuam propriam ſymmetriam, quæ vitiata, morbus organicus eſt & dicitur. Quod ſi, inquit, iam præter illa, quæ vtrarumque partium propria ſunt, aliquid reperiatur, quod vtriſq; tam ſimilaribus quam organicis ſit commune, quodq́; communiter ipſarum ſanitatem compleat, & ad vtrarumq; actiones vel vſus, immediatè aliquid conferat, id certè ſi vitiatum fuerit, morbus dicetur, vtrarumq; partium communis. Eſt autem huiuſmodi vnitas ſeu continuitas, ſine qua neq; ipſa ſimilaritas, neq; organi ratio conſiſtere poteſt. Oportet enim tam ſimila-

milaria quam organica, partibus omnibus continuata, vnita, cohærentia ac coagmentata eſſe. Si hæc vnitas ſoluta fuerit, ſtatim vtrarumq; partium harmonia diſſoluitur, & actiones vitiantur. Quare non immeritò vtrarumq; partium communis morbus appellatur, cui Galenus primus nomen indidit ſolutionis continui.

Auerrhoes continui ſolutionem communem morbum dici non vult, ſed vel ad ſimilarem, vel organicum tantum pertinere. Sectionem, eroſionem, contuſionem, ſolis ſimilaribus, vt cuti, carni, oſsi, & ſimilibus accidere contendit. Nerui, venæ, ligamenti diuulſionem organicis annumerat, quæ conſiſtũt in praua connexione vel ſitu. Qui Auerrhoem cum Galeno conciliant, continuitatem ſimilaribus tribuunt, contiguitatem organicis, & ſolutionem continui ſimilaribus ineſſe per ſe, organicis per accidens dicunt. Sed nos de nominibus hic non cõtendimus, & permittimus, vt quilibet vel vnitatis, vel continuitatis vel contiguitatis ſolutionem appellet pro arbitrio. Illud certè negari non poteſt, quacunq; continui ſolutione non ſolùm ſimilaris partis naturam vitiari, ſed ipſam etiam conformationem, quæ organicarum partium vera ratio eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Prima igitur ac ſumma morborum genera ex partium quibus inhærent natura, tria iam inuenta ſunt, ſimilare, organicum & commune. Reliquum eſt, vt ſingula deinceps in ſuas ſpecies diuidamus, quod capite quinto enarrato faciemus.

CAPVT V.

DE MORBIS PARtium ſimilarium.

PRincipijs ita conſtitutis, quod tria ſint morborum genera ſumma, quorum vnum proprium eſt ſimilarium partium, alterum organicarum, tertium vtriſq; commune, ſingulorum ſpecies deinde toto hoc primo libro perſequetur: Primum quatenus ſingulæ ſimplices inueniuntur, poſteà quatenus inter ſe componuntur. Raro enim ſimplex morbus inuenitur, qui non cum vno atq; altero preterea ſit cõplicatus.

In hoc autem quinto capite ſtatim primi generis ſimplices morbos enumerat, qui videlicet ſimilaribus partibus propriè accidunt, idque primum ſecundum priorem hypotheſin, ex qua iam demonſtrauit, quæ tantum duo morborum genera naſci, quæ in po-

in pororum ſeu meatuum ametria conſi-
ſtunt, conſtrictione ſcilicet & latitudine.

Porrò conſtrictionis duas ponit diffe-
rentias: Vnam, cum totum corpus, & ſimul
cum eo pori in ſeſe reſident, perinde ac cũ
ſpongia preſſa contrahitur. Alteram, cum
ſoli pori à materia aliqua obſtruuntur.

Latitudinis itidem duo facit genera:
Vnum, cum corpus ſimul cum poris vndi-
quaq; extenditur. Alterum, cum ſoli pori
dilatantur, quod ſecundum illam ſectam
fieri ſolet, cum prima corpora vel elementa
diſsipantur. Fingebant enim illi autores, ex
elementis impatibilibus corpus noſtrũ con-
creſcere, & rurſus illis concidentibus con-
cretionem ſolui, atq; ita corpora rarefieri.
Verum cum hæc doctrina non niſi in falſa
hypotheſi fundamentum habeat, Gale-
nus eam non perſequitur, neque ob aliam
cauſam hactenus ita diduxit, quam vt in ea
Methodi etiam rationem oſtenderet.

Morbi, qui ex deſtructione aut nimia
raritate manifeſtorum meatuum cutis &
totius corporis oriuntur, ad ſecundum mor-
borum genus, malam ſcilicet compoſitio-
nem pertinent, nec aliorum pororum ratio-
nali Medico habenda eſt ratio.

Pergit igitur Galenus ad alteram hypotheſin, ex qua demonſtratum eſt, quatuor ſimplicia morborum genera in ſimilaribus naſci, atq; in ea inſiſtit, oſtenditq; horum ſingulorum ſimplicium morborum duplicem eſſe differentiam. Aut enim intemperies illa immaterialis eſt, ex ſolis qualitatibus orta, aut materialis, ita vt ſimilaris pars, ſimul ſuperfluo aliquo humore imbuatur, qui intemperiem illam parti adferat.

Quamquam quod ad hoc ſecundum genus attinet, mox ſubiungit Galenus, fluente materia, non ſolùm intemperiem naſci, ſed tumorem etiam excitari, qui iam ad ſecundum morborum genus, malam ſcilicet compoſitionem, in aucta magnitudine, referri debet. Adde, quod in fluente humore, raro ſimplex, ſed plerumq; duplex intemperies exiſtat. Fluentes enim humores duabus ſemper qualitatibus excedunt, quas ambas partibus in quas decumbunt, imprimunt, præſertim ſi diutius in illis hæreant, atq; ita duplicem intemperiem in partibus efficiunt: Niſi fortè illæ prius tali aliqua intemperie laborent, quæ aduenientis humoris contraria qualitate corrigatur.

Præ-

Præterea materialis intemperies, cum tumore coniuncta, vt Phlegmone, Eryſipelas Oedema, Scirrus, ſi in corporis ſuperficie conſiſtat, tumore ſuo ſatis ſeſe prodit, vt nullum hominem latere poſsit, Si in corporis abdito fuerit, etſi non ita facilè innoteſcit, tamen à mediocribus medicis artificioſa coniectura deprehenditur.

Sed de tumoribus agitur poſt. Nunc primum ſimplices intemperies pertractat, quas ab imperitis imbecillitates appellari dicit: propterea quod illi ſymptomata facilius animaduertant quam morbos. Simplicem autem intemperiem non ita manifeſtam eſſe dicit, niſi admodum aucta fuerit.

Proderit hic notas illas repetere, quibus principalium membrorum intemperiem inueſtigari, in ſanitatis explicatione oſtenſum eſt.

Caliditas, quæ tum in capite, tum in toto corpore, citra febrim ab igne vel ſolis ardore excitatur, quam ambuſtionem nominant, item quæ per exercitationem, à ſpirituum & tenuioris ſanguinis confluxu, in manibus & pedibus ſentitur, facilè cognoſcitur, ſed tantiſper dum functiones corporis non lædit, morbus non cenſe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tur. Huiuſmodi calidam membri alicuius intemperiem, Galenus etiam libro ſecundo ad Glauconem Phlegmonem ſiccam appellat, quod ſine humoris affluxu generetur. Putat autem ita augeri poſſe, vt membrum ad tabem & mortificationem deducatur. Diu autem durare non poteſt, quia ſtatim ſicca intemperies accedat.

Illa verò caliditas, quæ primum ac præcipue in corde præter naturam accenditur, atque inde per vniuerſum corpus maximè per venas & arterias diffunditur, ea corporis actiones lædit. Quare & morbus eſt, & febris nominatur.

Huius tres potiſsimum differentias, Galenus enumerat, libro primo de differentijs febrium. Vnum genus eſt febrium Ephemerarum, quod præcipuè ac potiſsimum in ſpiritibus conſiſtit, nec diutius vno die durat. Alterum Putridarum, quod in humoribus conſiſtit, ex putredine caliditate contracta. Tertium eſt Hecticarum febrium, quod habitum ſeu ſolidas corporis partes occupat, idq́ue ſine dolore. Verum quæ ſint ſingulorum generum ſpecies, cauſę & ſymptomata, non ſunt huius loci, ſed Ephemeræ & Hecticæ febres propriè in intemperie conſiſtunt,

Putri-

Putridæ ex alijs affectibus oriuntur, nempè ex humorum putredine, & obſtructione.

Sed quando in febrium mentionem incidimus, monendi ſunt ſtudioſi, de ijs quæ Iohannes Fernelius inſignis ætatis noſtræ Medicus ſcribit, libro ſecundo, de abditis rerum cauſis: Is exactius paulò de morborum generibus diſputans, demonſtrat multis rationibus, & ex pleriſq; Galeni locis, ſimilarium partium ſanitatem, non in ſolo temperamento conſiſtere, vt in hoc libro Galenus velle videtur, verum etiam in materiæ commoderatione, & ſubſtantiæ ſeu eſſentialis formæ integritate.

Et ex hac triplici ſimilarium partium ſanitate, tria deducit quoq; ipſorum morborum genera: Vnum, quod in intemperie poſitum eſt, quod vnum hic Galenus ſimilaribus tribuit: Alterum, quod in materiæ immoderatione: Tertium, quod in totius ſubſtantiæ corruptela conſiſtit.

Primarum qualitatum exceſſus, vt caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis, ad intemperiē cū Galeno refert. Secundarū verò qualitatū vitia, molle, durū, laxū, aſtrictum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ctum, tenue, craſſum, rarum, denſum, quoad materiæ immoderationem. At peſtiferos, venenatos, contagioſos & occultos morbos omnes, qui primo & per ſe, non quidem temperamentum, nec materiam, ſed ipſam corporis noſtri ſubſtantiam ſeu formam immutant atq; corrumpunt, in tertio genere collocat, quod ſubſtantiæ corruptelam nominat.

Quod autem ad putridas febres attinet, oſtendit eas non tantum eſſe intemperies, quæ ex putredine & obſtructione, dependeant, ſed occultiores quoſdam affectus, qui ex ſecretioribus cauſis ortum habeant: Quod obſeruatum ſit eos, qui morbo gallico, obſtructione, putredine, & febri ſimul laborabant, cum putredo omnis, & obſtructio, & morbus gallicus toto corpore diſcuſſus eſſet, febrim tamen nihilominus longo tempore adhuc duraſſe. Sed hæc copioſius apud Fernelium, lib. 2. de abditis rerum cauſis.

Quantum præterea ad calidam rerum intemperiem attinet, incommoda eius ſummatim explicat Hippocrates, Aphoriſ. 16. lib. 5. Calidum, inquit, ſi quis ſæpius eo vtatur, hæc mala affert: carnium effœminationẽ, neruorum impotentiam, mentis torporem,

porem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

porem, profluuia ſanguinis, animi defectionem, ad quæ tandem mors. A calore enim ſpiritus qui in carne continentur, diſsipantur, vnde caro mollis, rara ac debilis efficitur. Solet autem cum eodem affectu neruí mollities eſſe coniūncta. Prætereà propria cerebri & neruorum ſubſtantia à calore reſoluitur, humores proprij liquantur, & alieni plerumq; accerſuntur. Inde neruorum impotentia, tremores, ac mentis torpor. Venæ laxantur ac dilatantur, ex quo ſanguinis profluuia. Animi autem defectiones immodicas ſpirituum reſolutiones ſequi ſolent. Hæc de calida intemperie dicta ſufficiant.

Tranſit autem mox Galenus ad alteram ſimplicem intemperiem, quæ calidæ oppoſita eſt, & in frigiditate conſiſtit. Hæc ſi in extremis corporis partibus (quæ ob exiguum calorem quo præditæ ſunt, à frigido facilè vincuntur) vehementer aucta fuerit, fit plerumq;, vt præcluſis ſpirituum meatibus, partes ſenſu, motu, & vita deſtituantur, atq; ita liuidæ, nigræ, ac emortuæ decidant.

Solet tamen hoc ſymptoma, ſeu huiuſmodi mortificatio, ex alijs etiam morbis prouenire, nimirum ob phlegmonis alicuius ma-

ius magnitudinem, vel venenoſitatem, vel nimiam ac temere factam refrigerationem: item ob nimiam membri deligationem ac conſtrictionem. Huiuſmodi affectum Galenus Gangrænam vocat, & cum oſsibus ipſis σφάκελον, id eſt, ſiderationem nominat. Auicenna autem cum ad partes continuas corruptio tranſit, ἐσθιόμενον. Vulgus ignem ſancti Antonij, & ignem frigidum appellat.

Porrò frigiditatis inmodice auctæ incommoda, maximè cernuntur in partibus, quæ natura frigidæ ſunt atque exangues, cuiuſmodi ſunt partes extremæ, & quas Hippocrates commemorat Aphoriſ. 18. libr. 5. cum ita ſcribit: Frigidum inimicum eſſe oſsibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ. Reliqua frigiditatis incommoda recenſet eodem libro Aphoriſ. 20.24.

Quemadmodum autem calidam intemperiem, in corde vitæ principio præter naturam accenſam, febrim in vniuerſo corpore excitare dictum eſt: ita ex hoc loco etiam diſcimus, ſi cerebrum, ſenſus motuſque principium, ac mentis domicilium, immodica aliqua frigiditate accendatur, noxam toti corpori communicari, & ſymptomata

ptomata illa oriri, quæ Galenus hic in textu, & Hippocrates in citatis Aphoriſmis commemorat.

Vt autem cor natura calidum, calidis morbis facilius corripitur, ita cerebrum natura frigidum, frigidis morbis magis eſt obnoxium. Vnumquodq; enim à ſimilibus ſuæ naturæ cauſis promptius offenditur.

Porrò vt cerebri caliditas, vigiliarum & motus cauſa exiſtit: ita à frigiditate ſtuporem ac ſoporem induci, autor eſt Galenus, libro ſecundo, de locis affectis capite vltimo. Vbi etiam refert, animalia, quæ frigidiori ſunt natura, per hyemem ob frigoris vim, perindè ac ſi mortua eſſent, latitare, & viperas adeò tunc ignauas atque innoxias eſſe, vt etiam ſi contrectentur ac circumgeſtentur, non mordeant, cum eædem per æſtatem ſub caniculæ feruorem, reliquorum ſerpentum more, tanto furore præditæ cernantur, vt nè puncto quidem temporis quieſcant.

Cæterum vt intelligamus, quomodo à frigida cerebri intemperie ſymptomata, de quibus in textu, naſcantur, ſciendū eſt, Apoplexiā eſſe omnium totius corporis neruorum

rum diſſolutionem, cum omnium anim lium functionum quaſi abolitione. Neru qui ad thoracis muſculos perueniũt, nec ſitate reſpirationis interdum adhuc ex tantur, idq́; vt Medici loquuntur, mag per violentiam, quam naturæ regulam Qui autem ſic affecti ſunt, plerumq; qu attoniti ſeu fulmine icti commoriuntur Qui mitius laborantes reſtituuntur, mox in paralyſin ſeu paraplegiam incidunt. Ma gnitudo apoplexiæ ex reſpirationis mod judicatur, vide aphoriſ. 42 lib. 2.

Morbus ſeu cauſa, ex qua hoc ſympto ma dependet, proxima eſt ventriculorum vel ſaltem meatuum cerebri obſtructio, ſeu oppletio. Quæ cum ſubitò fit, craſſum humorem eſſe oportet, qui id efficiat, cu iuſmodi ferè eſt pituita, quæ obſtruendo animalem omnem facultatem, nè in corpus diſpergatur, ita prohibet, vt nebula ſolis ra dijs obiecta, eos ad nos deferri non permit tit. Nihil porrò eſt, quod pituitoſum ce rebri excrementum æquè coarctet atque conſtringat, ac frigiditas.

Frequentes ebrietates ac cruditates, plurimum pituitoſi excrementi in cerebro generant. Poteſt tamen coniuncta cau ſa etiam eſſe immodica ſanguinis copia, &

προκαταρκτικὴ 'ea, quæ calefacit. Largior calidi vini potio non ſolùm per ſe implet caput, ſed etiam internos humores excitat. Idem etiam facit ita. Sic & caſus, percuſſio, contuſio, cerebrum concutiendo efficiunt, vt immoderatiori impetu humores in ipſum confluant.

Epilepſia eſt omnium partium totius corporis conuulſio, cum ſenſuum omnium ac mentis oblæſione, non ita diu durans, ſed aliquoties per interualla recurrens. Affectus ſeu morbus, Epilepſiæ cauſa, eſt ſimiliter, vt in apoplexia, meatuum cerebri obſtructio, ſed imbecillior. In apoplexia enim præter obſtructionem, ipſa cerebri ſubſtantia humiditate nimia quaſi diſſoluta eſt, & naturalis cerebri facultas nihil molitur. Hîc ſubſtantia adhuc integra eſt, & facultas id, quod moleſtum eſt, conatur expellere. Hinc illæ contractiones corporis, ipſo neruorum principio non aliter ſe quatiente, quam ventriculus in ſingultu concutitur, cum interior illius tunica aliqua acri materia eſt imbuta.

Cauſam Epileptici morbi Galenus lib. 3. de locis affectis. cap. 5. & 7. triplicem tradit. Vnam enim pituitoſus aut melancholicus humor facit qui propriè, in ipſo

cerebro continetur, & obſtructionem cau-
ſatur. Craſſum certè humorem debere eſ-
ſe, inde colligit, quod citò Epilepſia fi-
& ſoluatur. Conſtat autem, à frigida in-
temperie craſſos humores magis incraſſari,
vt antea dictum eſt.

Alteram Epilepſiæ cauſam ſtatuit Ga-
lenus, vapores à ventriculo aſcendentes.
Eamque cauſam etiam Ariſtoteles eſſe pu-
tat, libro de ſomno & vigilia, cur infantes
plurimum Epilepſia laborent, idque ma-
ximè inter dormiendum, quod per ſo-
mnum plurimi vapores ad caput perferan-
tur. Quare ſalubriter etiam vetat, ne vel
infantibus, vel nutricibus ipſorum vinum
offeratur.

Tertiam cauſam obſeruauit Galenus,
eſſe malignam ac frigidam quandam au-
ram, à membro aliquo in cerebrum per ner-
uorum continuitatem ſublatam. Qui ſic
afficiuntur, ſine magna conuulſione conci-
dunt, & breuibus quibuſdam motibus con-
trahuntur, vt ſtomachus inter ſingultiendū.

Conuulſio ſeu ſpaſmus, eſt neruorum
ac muſculorum contractio durans, & non
intermittens. Tres huius ſymptomatis dif-
ferentias facit Galenus. Tetanum appel-
lat, cum membra conuulſa mediam figu-
ram

tam ſeruant, ἐμπροσθότονον cum in anteriorem partem contrahuntur, ὀπισθότονον cum in poſteriorem.

Huius ſymptomatis cauſam ſeu morbum duplicem tradit Hippocrates, Aphor. 39. lib. 6. repletionem ſcilicet, & inanitionem, hoc eſt, neruorum ac cerebri nimiam humectationem, aut exſiccationem, quemadmodum etiam chordas & lora contrahi videmus, cum vel nimium humectata ſunt, vel exſiccata.

Tertium conuulſionis genus eſt, vt in Epilepſia, cū qualitas maligna ex ictu, vel morſu venenati animalis, vel ex nerui punctura, ad cerebrum defertur. Quod autem Galenus frigidam intemperiem cauſam eius ſtatuit, ita eſt intelligendum, quod humiditates in neruis frigiditas maximè compingit.

Tremor eſt imbecillitas virtutis contentiuæ, grauitate elementari membrorum cum facultate pugnante. Huius maximè cauſa eſt frigida intemperies. Argumento ſunt ſenes, quibus hoc malum admodum eſt familiare, & calor natiuus imbecillus.

Porrò eos, qui iter ſub vehementi frigore ingreſsi, congelati ac mortui in via deprehenſi ſunt, ſimile quiddam à frigidita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

giditate perpeſſos eſſe Galenus dicit, quæ le apoplecticis, epilepticis, aut conuulſis accidere ſolet. Supra modum enim refri-gerato neruorum principio, neceſſe eſt vni-uerſum neruorum genus in ſe contrahi, vel penitus diſſolui.

Reprehendit autem Galenus deinceps eos, qui in ſemel ſuſcepta hypotheſi non perſiſtunt, & morbum cum ſymptomate confundunt, morbum, ſymptoma, & rur-ſus ſymptoma morbum appellantes. Vt conuulſionem, ſi phlegmonem ſequatur, ſymptoma eſſe dicunt, ſi intemperiem, mor-bum. Febrim, ſi alium notabilem affectum ſequatur, ſymptoma, ſi is non appareat, morbum.

Verum diſcrimen illud perpetuò te-nendum. Actiones diminutas, abolitas, vel deprauatas, ſemper eſſe ſymptomata: Pro-ximas verò eorum cauſas morbos. Sym-ptomata morbos ſequuntur, vt vmbra cor-pus, & vulgo etiam conſpicua ſunt, ſed ad medendum nullam indicationem præbent. Morbi plerumq; latent, nec non niſi ab ar-tificibus dignoſcuntur: Semper autem in-dicant, hoc eſt, conſilium & facultatem ſuppeditant, quomodo ipſis ſit reſiſten-dum. Quare qui in practicorum libellis

morbi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

morbi recenſentur, ſymptomatum ferè nomina ſunt. Sed nominum confuſio tolerari poteſt, ſi res non cum ſumma obſcuratione artis perturbentur.

Enumerat poſteà Galenus reliquas ſimplicis intemperiei ſpecies, ſiccitatem & humiditatem, quatenus ſcilicet ſine affluenti materia ſimilares partes afficiunt. Differt autem vtraq; hæc intemperies à duabus ſuperioribus, calida & frigida. Segnius enim corpora alterant, neq; ita affatim irruunt, vt calidum & frigidum. Quare nec ita dolores mouent, & notas habent obſcuriores, vt quæ difficilius corpori imprimuntur, difficilius quoq; ab ijsdem remouentur. Imbecillioribus enim ac magis materialibus qualitatibus curatio eorum perficitur.

Siccitas cum immodicè aucta eſt, partes ita torret atq; corrugat, quemadmodum corrugata apparent, quæ longo tempore ſale conſperſa fuerunt. Oſſa perinde ac carioſa ligna, ita interdum præ ſiccitate marceſcunt, vt propemodum in ſabulum reſolui videantur.

Totius corporis ſiccitas ipſum extenuans atq; conſumens, Marcor dicitur. Eius quatuor ſunt differentiæ. Vna, cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſolida partium ſimilarium ſubſtantia ex- ruit, eſtq́; in ægris idem quod in ſanis ex- tremum ſenium. Altera minus pericu- ſa, cum carnoſa & adipoſa carnium ſubſtan- tia eſt liquata. Tertia, cum deficit hum- dum elementarium, ſeu humores ſecund- rij, quibus ſingulas partes immediatè nu- triri conſtat. Quarta, cum exiguæ ven- ſanguine deſtituuntur, humidi alimen- rij materia.

Sed prima ſpecies omninò incurabili- eſt. Poſtrema cibo ac potu facilè curatu- Secundam ſpeciem, quæ accidit ob co- ſumptionem roridæ ſubſtantię, ſeu hum- alimentarij, hanc ſanauit Galenus. Eſtq́- illuſtre exemplum in ſeptimo Metho- de juuene, cuius primum ventriculus, d- inde vniuerſum corpus hoc modo con- buerat.

Quod ad humidam ſimplicem intem- periem attinet, facilius ea corpora noſt- afficit, quam ſiccitas, & morbi ex ea fiun- tum frequentiores, tum curatu faciliores. Affirmat autem hîc Galenus, ita eam inte- dum inualeſcere, vt carnes adeò molles a- flaccidæ reddantur, vt inter contrectan- tium digitos elabi, ac quaſi effluere videan- tur, Oſſa verò laxa ac mucida demoriantur.

Hum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Humidiores naturas minus integra ſanitate frui, teſtatur Hippocrates aphor. 2. lib. 6. In his enim ſenſibiles ſuperfluitates copioſius aceruantur, præſertim in cerebro, vnde poſteà diſtillationes plurimæ oriuntur. Et quod ad cœli ſtatum attinet, ſiccitates imbribus ſalubriores eſſe judicantur: Hippocrates aphor. 15. lib. 3. In humida enim aëris conſtitutione meatus cutis concidunt & denſantur, atq; ita fit corpus ad difflationem ineptius. Retentæ verò ſuperfluitates putreſcunt, niſi quotidiana exercitatione expurgentur.

Adde quod humida & mollia corpora quibuſuis alterationibus magis obnoxia ſint, vt etiam patet in pueris, Vide commentarium Galeni in Aphor. 37. lib. 3

Quod Galenus ſub finem quinti capitis addit: Intemperies ab imperitis interdum imbecillitates vocari, ſciendum eſt, imbecillitatem ſymptomatis nomen eſſe. Significat enim debilem ſeu imbecillẽ functionẽ. Hanc cum animaduerutnt imperiti, & intemperiẽ ſenſibus non deprehendunt, morbum tamen ſe nominaſſe exiſtimant, cũ alio vocabulo idẽ illud ſymptoma expreſſerint. Vt ſi ventriculus ex ſola intemperie nullo apparente tumore, aut alio ſenſibili

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

affectu non benè concoquat, & cauſa quæ ſit roget, reſpondebunt, hoc ipſum, de quo iam prius omnibus conſtabat, ventriculi imbecillitatem eſſe. Sed mediocriter peritus facilè intelligit, ventriculi imbecillitatem nihil aliud eſſe, quam imbecillem ventriculi concoctionem. Quare alia eius ſymptomatis cauſa inquirenda eſt. Ea autem erit intemperies aliqua, vel ſecundum alteram hypotheſin, meatuum ἀμετρία.

Quomodo ſimilaris morbi differentiæ inueniantur.

Cùm iam conſtet, morbum in genere eſſe affectum præter naturam, ſeu ἀμετρίαν quandam eorum, quæ naturalem corporis ſtatum perficiunt: ſimilaris morbus, hoc eſt, is qui ſimilaribus partibus propriè inhæret, nihil aliud erit, quàm ἀμετρία eorum, quæ ſimilarium partium ſanitatem conſtituunt. Quæ igitur illa ſint, ex phyſiologicis hic eſt ſupponendum.

Eorum ſententia, qui ex vno aliquo, item eorum, qui ex pluribus ſed impatibilibus ſimilaria conſtare affirmabant, ab Hippocrate in libro de natura humana, & in li-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

In libro Galeni de elementis ſecundum Hippocratem, & in principio huius primi libri, ſatis eſt refutata: atq; ex generatione & corruptione demonſtratum, ad ſimilarium partium, quæ multum inter ſe diuerſæ ac variæ ſunt, conſtitutionem neceſſariam eſſe, totorum per tota alterationem. Hanc porrò perfici, primarum qualitatum, calidi, frigidi, humidi & ſicci, mutua in ſe inuicem actione. Cumque his qualitatibus ſubiectam quandam materiam eſſe oporteat, in qua ſubſiſtant, & prima corpora quæ elementa appellamus, infinita eſſe non oporteat, rectè tandem concludunt Phyſici, ignem, aquam, aërem, terram, prima eſſe non ſolùm humani corporis, ſed rerum etiam omnium, quæ generantur & corrumpuntur, elementa.

Ad horum elementorum iuſtam proportionem ſeu temperamentum, Galenus vniuerſam partium ſimilarium naturam refert. Quod enim caro ſit caro, os os, membrana membrana: itẽ, quod ſingula illa, tũ primis, tum ſecundis qualitatibus, conuenientem temperiem & moderationem ſortita ſint, id totum primorum quatuor elementorum temperamento acceptum referre videtur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Itaq; vnam tantum ſimilarium partium ſanitatem conſtituit, εὐκρασίαν, id eſt, bonum temperamentum, & morbum vnicum, δυσκρασίαν, id eſt, malam temperiem. Quam poſteà ſecundum quatuor primas qualitates, diuidit in quatuor ſimplices intemperies, calidam, frigidam, humidam & ſiccam: Et quatuor compoſitas, calidam & ſiccam, frigidam & ſiccam, calidam & humidam, frigidam & humidam. Et hanc rurſus in eas, quæ vel cum humorum intemperatorum, vel putridorum affluxu, vel ſine materia aliunde affluente conſiſtunt.

Fernelius clarioris doctrinæ cauſa exactius paulò diſtinguens, vniuerſam ſimilarium partium naturam tribus generibus comprehendit, temperamento, materię moderatione, & ſpecie ſeu forma ſubſtantifica.

Temperamentum appellat idipſum, quod Galenus quatuor primarum qualitatum proportionem, vnicuique parti ſimilari conuenientem.

Materiæ moderationem vocat συμμετρίαν illam, quæ eſt in materialibus qualitatibus, molli duro, laxo aſtricto, raro

denſo, tenui craſſo, eamque à temperamento diſtinguit, quod plerumque temperamenti formam non ſequantur. Multi enim reperiuntur tenui neruoſarum partium conſtitutione, atque adeò acuti ſenſus, vt nec piper, nec vllius rei acrimoniam ferre poſsint. A quauis etiam exercitatione facilè offenduntur, non quidem quod calidi immodicè ſint aut frigidi, humidi aut ſicci, alioqui id omnibus ſimiliter temperamentis accideret, ſed quod ex ſemine pauco & imbecillo, vel ex vitæ genere delicatiori, tenuiorem ſimilarium partium maximè neruoſarum conſtitutionem contraxerint.

Item Galenus, cum partibus corporis principalibus, ventriculo, jecori, cordi, cerebro, intemperatis, medicamenta adhibet, non ſolùm ijs vtitur, quæ primis qualitatibus ſunt contraria, ſed diligenter vbique monet, vt aſtringendi viſceris rationem habeamus, ne non aſtrictum aut immodicè rarefactum robur ſuum amittat.

Tertium genus atq; adeò pręcipuum, ſimilaris partis naturã perficiens, eſt ſpecies ſeu forma ſubſtantifica, ſecnndum quam vnumquodque id eſt, quod eſt, os os, caro

caro,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

caro, diſtinctum quidem à temperamento, atq; à ſemine & diuiniore quodam principio ortum habens, eſtq́; omnium corporis actionum præcipua cauſa, proximumq́ue eius inſtrumentum. Hæc eſt ſpirituoſa partium ſimilarium ſubſtantia, cui deinceps reliqua illa, videlicet temperamentum, materiæ moderatio, tota deniq; compoſitio ſubſeruiat.

Cùm igitur cuiuſcunq; ſimilaris partis ſanitas in his tribus conſiſtat, in temperamento, in materiæ moderatione, & in ſpecie ſeu forma ſubſtãtifica, tria quoq; exiſtunt ſimilarium morborum genera, intemperies, materiæ immoderatio, & formæ corruptio.

Intemperies quid ſit, quæq́; ſint eius differentiæ, modo ex Galeni ſententia diximus.

Materiæ immoderatio, eſt ipſius partium ſubſtantiæ mollities vel durities, laxitas vel aſtrictio, raritas vel denſitas, tenuitas vel craſsities immodica, quæ ſæpè etiam citra intemperiem exiſtere ſolent.

Formæ corruptela, ſeu totius ſubſtantiæ morbus eſt, qui primo ac per ſe ipſam partium ſubſtantiam, nimirum ſpiritum & calorem innatum inuadit ac deſtruit.

Huius

Huius generis morbi quidam manifeſti ſunt, quidam occulti. Manifeſti, qui ex manifeſtis cauſis orti, partium ſubſtantiam demoliuntur, vt malignitas illa, quæ in quibuſdam vlceribus cernitur, ex vitioſis humoribus contracta: Pthiſis, à vitioſa ac hæreditaria pulmonum conſtitutione: Iecoris, lienis, aliarumq; partium putredo, ex primarum qualitatum intemperie nata. Item ſpiritus innati diſſolutio, per vigilias, inedias, labores, ac dolores ingentes, ac rurſus eiuſdem extinctio in ſtrangulato, vel in frigore extremo.

Occulti huius generis morbi ſunt, qui ex occultis cauſis totam partium ſubſtantiam corrumpunt. Horum alij ſunt peſtilentes, alij venenati, alij contagioſi: Peſtilentes, vt febris peſtilens, carbunculus, bubo peſtilens, variolæ & morbilli quos vocant. Et alij quidam morbi populares, & prioribus ſeculis inauditi, vt ſudor anglicus, & ſimiles, qui ſine diſcrimine ætatis, temperamenti, ſexus, quoſuis inuadunt, ex occultis cauſis, nimirum ex aëre non calido, aut frigido, aut humido, aut ſicco, ſed cœleſtium corporum viribus certo quodam modo inquinato.

Occulti morbi ſecundi generis, ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

morbi contagioſi, qui non ex aëre, ſed externi alicuius veneni occurſu contrahuntur: Vt qui contactu torpedinis vel ſcorpionum, aliorumúe venenatorum animalium ictibus aut morſibus infliguntur. Item qui in corpore geniti contagione alios efficiunt, vt morbus Gallicus, Elephantiaſis, & qui ex horum permiſtione fiunt. Vulgaris autem ſcabies, pruritus, & ſimiles affectus, etſi contagione contrahuntur, quia tamen occulti & maligni morbi non ſunt, ad hoc genus non pertinent.

Tertium genus occultorum morborum conſtituunt morbi venenati, qui ſcilicet neque ex aëre inſpirato, vt peſtilentes, neque contagione vel contrahuntur vel latius ſerpunt, vt contagioſi, ſed ex veneno vel intus genito, vel intro aſſumpto ortum habent.

Ex veneno intus genito fit vteri ſuffocatio, ſyncope, morbus comitialis. Venenum enim hic appellatur, non id ſolùm, quod ſemper necat, ſed quod tota ſua ſubſtantia & occulta vi, facultates corporis, ſiue actiones quibus vita conſiſtit, earumque in offendit. Huiuſmodi venenum eſt in ſtrangulatione vteri, ſemen, & ſanguis menſtruus putreſcens. De quibus Galenus lib. 6. de locis affectis. Item gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

mus ſanguinis putreſcens, veneni naturam obtinet, excitatque graues Syncopas. Et demonſtrat omninò Fernelius, morbum comitialem, cuiuſcunque ſit generis, non aliunde quam à venenoſa quadam materia, vel vapore cerebrum afficiente, prouenire.

Ex aſſumptis venenis, & morbos & mortes oriri vulgo natum eſt. Aſſumptum porrò venenum duplex eſt. Vnum quod tota ſua ſubſtantia nobis aduerſatur, vt Napellus, Aconitum, & ſimilia. Alterum, quod qualitatum exuperantia moleſtat, vt Euphorbium, Opium, Anacardus. Verum qui à poſteriori genere morbi naſcuntur, cum occulti non ſint, ſed à manifeſtis qualitatibus dependeant, ad hoc genus non referuntur.

Comprehenduntur autem omnes hæ nunc recitatæ differentiæ, ſub genere morbi ſimilaris, quæ magna ex parte, magna artis jactura, à veteribus non animaduerſæ ſunt vel prætermiſſæ. De his lege Fernelium lib. 2. de abditis rerum cauſis cap. 9. & deinceps.

Galenus libro de morb. differentijs cap. 1. has ſpecies omnes ad ſimplicem intemperiem referre videtur. Vtitur autem duplici

hypo-

hypotheſi. Ex priori, quam tandem reijcit, duas tantum morborum ſimilarium differentias extruit: Pororum ſeu meatuum conſtrictionem & latitudinem. Ex altera hypotheſi, quam ſolam vt veram amplectitur, extruit omnes intemperiei differentias, quatuor ſimplices, totidemq́; compoſitas, atq; eas omnes vt materiales, hoc eſt, cum humore coniunctas, vel immateriales, quæ videlicet in ſola qualitatum alteratione conſiſtunt. Atq; intra has ſpecies concludit, quicquid eſt morborum ſimilarium.

CAPVT VI.

DE MORBIS Organicis.

SVperiori capite ſimplices morbos recenſuit, qui in intemperie conſiſtunt, & ſimilarium partium proprij ſunt. Nunc deinceps organicos ſeu prauæ compoſitionis morbos enumerat, qui videlicet in vitiata figura, vel magnitudine, vel numero, vel ſitu partium eſſentiam habent, idq́ue etiam quatenus ſinguli ſimplices reperiuntur.

Cùm autem ad vnius organici membri

com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

compoſitionem, diuerſæ ſimilares partes plerumq; concurrant, oſtendit Galenus in libro de vſu partium, vnam aliquam ex illis præcipuam actionis cauſam eſſe. Reliquas verò vſum præſtare, vtpotè ſine quibus actio non fieret, vel per quas melior fit actio, vel quarum beneficio reliquæ partes conſeruantur.

Præcipuæ partis vitium actionem primo ac per ſe lędit, itaq; ſemper morbus eſt. Reliquarum verò partium vitia, quatenus primo & per ſe functionem lædunt, ſimiliter morbi cenſendi ſunt. Quatenus verò præcipuæ parti prius incommodant, atq; ita per accidens actionem lædunt, non morbi, ſed morborum cauſæ exiſtimandæ ſunt.

Exemplum eſt in vuula, quæ duplicem hunc vſum habet, moderatur vocem, & aërem qui inſpiratur contemperat. Si igitur ea execta fuerit, duplex incommodum naſcitur, deprauatur vox, & læditur reſpiratio. Quatenus autem vox vitiatur, execta vuula morbus eſt. Eſt enim proxima cauſa deprauatæ vocis. Quatenus verò pulmones primum refrigerantur, quæ refrigeratio deinde reſpirationem lædit, frigiditas morbus erit: execta verò vuula, frigidi morbi cauſa.

Morbi organici diffe-rentiæ.

Antea diximus, organicam partem ſeu organum fieri, cum ad ſimilaris partis naturalem cõſtitutionem, perfectioris cuiuſdam actionis cauſa, acceſſerit certa quædam figura ſitu conformatio, item certa quædam magnitudo, & ſi plura ſimilaria ad organi conſtitutionem concurrant, earum certus & definitus numerus: poſtremò etiam apta ſingulorum collocatio ſeu conſenſus.

Si igitur in conforatione, vel magnitudine, vel numero, vel collocatiõe, ἀμετρία aliqua fuerit, quæ actionem per ſe vitiat, dicitur ipſe morbus organicus, qua videlicet non ſimilaris partis, ſed ipſius organi ratio peruertitur. Eruntq́; primæ organici morbi differentiæ quatuor illa, conformationis, magnitudinis, numeri, & ſitus ἀμετρία. Horum enim συμμετρία & naturalis conſtitutio, omnium Medicorum conſenſu ſanitas eſt.

Porrò ad conformationem pertinent figura, meatus, cauitas, ſuperficies. His ſingulis enim conformationis morbi accidunt.

Figura variè deprauatur, vt apparet in Me- varis, vatijs, ſimis, &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Meatuum, per quos contenta corporis deferuntur ac diſtribuuntur, morbi ſunt, nimia dilatatio, & quæ ipſi contraria ſunt adſtrictio & obſtructio.

Cauitatis, quæ excipiendi & continendi alicuius gratia comparata eſt, morbi ſunt, nimia capacitas, coarctatio immodica, repletio.

Superficiei morbi ſunt, nimia vel leuitas vel aſperitas. Hæ quatuor differentiæ continentur ſeu comprehenduntur ſub primo genere morbi organici, nempè ſub viciata conformatione, enumeranturq́; à Galeno cap. 7. lib. primi.

Alterum genus morbi organici erit magnitudinis ἀμετρία. Eſtq́; in hoc genere morbus, ipſa partium moles, magis vel aucta vel diminuta, quàm naturæ ad obeundas commodè actiones conueniat. Explicatur hoc genus à Galeno cap. 9. lib. primi.

Numeri morbus quoq; in exuperantia vel defectu conſiſtit. Exuperantia eſt rei alicuius naturalis, vt ſexti digiti, vel præter naturam, vt verrucæ, calli, carunculæ. Defectus ſolius eſt rei naturalis, vt ſi quintus digitus deſideretur, in aliqua manu numeri morbus ineſſe dicetur. De hoc genere agitur cap. 8. lib. primi.

Quartum genus ad organici morbi conſtitutionē neceſſariū, Galenus Syntheſin, id eſt, compoſitionem appellat, quo nomine duo illa ſignificantur, partium ſingularum in proprio loco poſitio, earumq; cum vicinis partibus connexio. Poſitio vitioſa cernitur in partibus luxatis aut commotis, item in epiplocele & enterocele, & ſimilibus. Connexio deprauata, eſt ipſa ligamentorum laxitas aut intentio nimia, vt cum lingua immodicè vinculis ita aſtringitur, vt loquela impediatur, aut cum labra, palpebræ, ſedes, digiti, & ſimiles partes, ex vlcere poſteà coaleſcunt. Enumerantur hæ ſpecies à Galeno cap. 10. lib. 1.

CAPVT VII.

DE MORBIS, QVI *contingunt in conformatione partium.*

PRimum hic morbos aliquot enumerat vitiatæ figuræ, & ſuo more illos proponit, primum qui ſunt maximè manifeſti. Vatij dicuntur, quibus crura in exteriorem partem flectuntur. Vari, qui introrſum obtorta gerunt. Planci, qui pedes habent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

admodum planos inſtar tabularum, quas plancas vocant. Vt autem crurum ac pedum, ita reliquorũ artuum ac viſcerum figuras deprauari contingit, ob quas functiones eorum deteriores reddantur.

Sunt autem huiuſmodi vitia plerumq; natiua, id eſt, in prima conformatione in vtero contracta, naturali motu ſeminis, vel à materiæ multitudine, vel â mala aliqua qualitate impedito. Interdum etiam aduentitia ſunt. Ita infantibus nonnunquam artus & thoracem malam formam induere videmus, vel propter partus difficultatem, vel nutricum temeritatem, dum ipſos inepte deligant, vel ante tempus ſtandi & ambulandi poteſtatem ipſis permittunt.

Probam etiam figuram oſſa amittunt ex luxatione, ex fractura non benè curata, ex ſupercilio ſinus effracto, ex callo articulis innato, & alijs ſimilibus cauſis.

Verum cum cauitatum ac manifeſtorum meatuum, item ſuperficierum ſymmetria, ſub idonea figura comprehendatur, morbos qui ex eorundem ametria eueniũt, ad prauæ figuræ genus etiam Galenus refert. Et meatuum quidem ametria in eo conſiſtit, quod vel nimium aperiuntur vel conſtringuntur. Ita interdum nimium aperiun-

periuntur venæ vteri, naſi, meſaraicæ, hæ-
morrhoides: Idq; ob retentricis faculta-
imbecillitatem, ac partium laxitatem, v
expultricis facultatis motum immodicum
Item à medicamentis aperiendi vim habe-
tibus, & alijs cauſis, quæ propriè recenſen-
dæ ſunt in libro de morbi cauſis.

Conſtrictio fit, dum meatus coaleſcunt,
vt per vulnera fieri conſueuit, vel dum i
conſtipantur, atq; in ſeſe reſident, ab adm
tis reſtringentibus, refrigerantibus, & ſi
cantibus medicamentis, vel à vicina mate-
comprimente. Obſtruuntur autem prop
meatus, dum craſsis lentisq; humoribus
fartiuntur, aut à tumoribus præter natura
ſanguinis grumo aut tuberculo aliquo o
plentur.

Superficiei partium συμμετρία con-
ſtit in aſperitate & leuitate. Oculorum
laryngis, tracheæ arteriæ, oſsium, & ſimi-
lium ſuperficies interdum exaſperatur,
vt actiones eorum lædantur, idq; ab acribus
tum vaporibus tum humoribus, item à me-
dicamentis nimirum abſtergentibus, cibis
potus acri qualitate, puluere & fumo,
Quæ ſi valentiora fuerint, interdum eroſio-
nem & vlcus inducunt.

Quæ aſpera eſſe debebat partium ſu-
per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

perficies, vt ventriculi & inteſtinorum, plerumq; leuis ac lubrica redditur, idq́, vt plurimum accidere ſolet à pingui materia, & viſcoſis humoribus, qui lentore ſuo facilè adhærent. Huiuſmodi inteſtinorum morbus vocabulo λειεντερίας proprijſsimè exprimitur. Atq; hæc omnia ad id genus morborum referuntur, qui in vitiata figura conſiſtunt.

Quod autem deprauata quocunque modo figura actio lædatur, præterquàm quod apparens eſt, ex eo etiam patet, quod omnis figuræ Symmetria non fruſtra, ſed probæ actionis cauſa à natura conſtructa ſit.

Illud prætereundum non eſt, quod Galenus idem in hoc capite rurſus monet, quod in ſuperiori capite monuerat, nimirum, in hoc morbi genere plures interdum affectus complicari, quorum ſinguli ſi actionem aliquam lædunt, primo ac per ſe omnes morbi dicendi ſunt. Si verò ita alter ab alio dependeat, vt ſolus actionem immediatè lædat, hic quidem morbus, ille verò morbi cauſa dicendus eſt.

Exempli gratia. Si tunica venę portę tu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

more aliquo affecta ſit, venæ quidem me-
tus obſtruuntur, quæ obſtructio proxim
cauſa eſt, cur debita non fiat diſtributio
Morbus igitur dici debet. Ac cum præte-
reà corporis ipſius venæ affectus, proxim
cauſa ſit, cur proba non fiat ſanguificatio
etiamſi obſtructio nulla eſſet, morbus etiam
dicendus eſt. Si verò eiuſdem venæ ob-
ſtructionem fieri accideret, à viſcoſis hu-
moribus, ſola obſtructio morbus eſſet, v-
nam videlicet naturę actionem nempè ἀνά-
δοσιν impediens, cuius ſcilicet cauſa cenſe-
retur humor viſcoſus.

Sic ſimplex obſtructio inteſtinorum
vnicus morbus eſt. At ea quæ à phlegmo-
ne fit, alterum morbum adiunctum habet.
Præterquàm enim, quod excrementa non
ſubeant, actio inteſtinorum in alterando
chylo â phlegmone vitiatur.

Phlegmone, Eryſipelas, morbi ſunt
eius membri, quod occupant, actionem vi-
tiantes. Quæ verò ex ijs ſuſcitatur febris,
alius morbus eſt, cordis ac corporis totius
actiones immediatè corrumpens.

Naſus à violento ictu compreſſus, a-
mittit propriam figuram, ac ſimul interni
meatus in ſe ita reſident, vt difficulter ſpiri-
tus per ipſos trahatur. Hic anguſtiam mea-
tus mor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tus morbum tantum eſſe conſtat. Ea enim per ſe tantum reſpirationem lædit. Vitiata autem figura, quæ tantum per accidens reſpirationem lædit, morbi cauſa eſt.

CAPVT VIII.

DE MORBIS, QVI *ad numerum partium referuntur.*

ALterum genus ſanitatis conſtitutiuũ, quod in organica compoſitione ſpectabatur, erat debitus numerus partium. Si igitur in eo ametria aliqua acciderit, quæ functiones immediatè impediat, ea quoque in morborum numero habenda eſt. Huius igitur duas primas differentias primo recenſet Galenus. Aut enim neceſſaria aliqua particula deeſt, aut non neceſſaria aliqua ſupereſt.

Iam verò quæ ſuperſunt, rurſus duplicia ſunt. Aut enim genere ac ſubſtantia ſecundum naturam ſunt, ex vtilis materiæ multitudine ortum habentia, vt ſextus digitus, caruncula aliqua, aut membrana ſuperflua. Aut toto genere ſunt præter naturam, ex multitudine inutilis materiæ, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

in qualitate peccantis prognata, vt lumbri-ci, calculus, aſcarides, &c. Concurrit au-tem in vtraq; abundantia cum materiæ co-pia valida facultas, aliquo modo tam vti-lem quam inutilem materiam conformans ac regens.

Quæ verò deſunt, ea quoque dupli-citer ſe habent. Aut enim radicitus omnino perierunt, aut ex parte aliqua mutilata ſunt.

In mutilatis verò organis eiuſmodi ferè morbi accidere ſolent, qui ad duo ge-nera referri poſsint. Quatenus enim ſimi-lares quædam particulę deſunt, ad dimi-nutum numerum referuntur. Quatenus ve-rò organa juſtam ſuam magnitudinem a-mittunt, mutilatio ad genus diminutæ ma-gnitudinis pertinet: fiuntq́ue hæc omnia tàm defectus quam abundantia, interdum in generatione, interdum poſt generatio-nem, à cauſis ſupra nominatis.

Porrò quod iam aliquoties *Galenus* monuit, id demum morbum dici debere quod immediatè, ſeu primo ac per ſe actio-nem lædit, id rurſus in hoc capite diligen-ter etiam atque etiam repetit atque incul-cat, idq́ue aliquot exemplis propoſitis, ſeu vt, oculi πτερύγιον, id eſt, pellicula, mem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

membranula corneæ tunicæ extrinſecus adnata, morbus eſt, quia immediatè pupillam obſcurat, citra vllam obſtructionem, aut alium affectum intercedentem. Quæ verò numero abundant, & viſum aut aliam functionem impediunt, meatum aliquem obſtruendo, ea morborum cauſæ ſunt. Morbus verò eſt ipſa obſtructio.

Aliquando vnius alicuius partis defectus, diuerſorum organorum reſpectu, quibus vſum præſtabat, & morbus eſt, & morbi cauſa. Declarat id exemplo vuulæ, quod ſupra ad explicandum locum ſexti capitis recitauimus. Sic primorum dentium defectus, quatenus eo manſio immediatè corrumpitur, morbus eſt: Quatenus verò oris figura vitiatur quo deinceps fit, vt ſermo minus rectè articuletur, morbi cauſa dici debet. Atque hæc eſt ſumma eorum, quæ in hoc 8. capite continentur.

Explicanda autem adhuc reſtant quædam morborum nomina, quos Galenus hîc recenſet. πτερύγιον plerique vnguem vertunt, quod craſsior ſit pellicula inſtar vnguis. Lumbrici vermes ſunt, qui vt plurimum in inteſtinis generantur,

expi.

ex pituitoſo excremento, quod ibi alioqui putreſceret.

Tres autem fermè faciunt vermium differentias. Omnibus manifeſti ſunt Teretes, palmari ferè longitudine. Hi in gracilibus inteſtinis generati, ſurſum ad ventriculum interdum repunt, vt vomitu etiam reijciantur. Aſcarides, alterum genus, tenues ſunt ac breues, ac plerumq; in recto inteſtino generantur. Tertium genus eſt, quos Græci πλατείας ſeu ταινίας vocant. Lati enim ſunt, ac inſtar faſciarum admodum longi, & ſimilem omninò ſpeciem repræſentant, quaſi multa cucurbitæ ſemina longo ordine connexa videas. Vnde etiam cucurbitini à pleriſq; dicuntur.

Grando, excreſcentia quædam eſt, ex ignauo humore concreta in palpebra conſiſtens, ac motum ipſius impediens.

Suffuſio, Græcis ὑπόχυμα, Arabibus cataracta, fit, cum in interno oculi ſpacio, quod eſt inter corneam & vueam tunicam, lenta craſſaq; materia continetur, ibiq; concreſcit, & pupillæ obiecta viſum impedit.

Pus, Græcè πύος ex ſanguine vel carne contuſa generatur, concoctione non omninò naturali, qualis eſt cibi in alimentum verſi, nec planè præter naturam, qua-

lis eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

lis eſt eorum omnium, quæ putreſcunt, quæ nec concoctio dici meretur, ſed media quadam concoctione, quam etiam ſemimalam appellant. Vulgus chyrurgorum pus omne ſaniem vocat. Quamquam ſanies latinè loquendo propriè eſt tenuis humor, qui Græcis ἰχὼρ dicitur, qualis ex vulnere adhuc crudo manare ſolet.

Acrochordones, verrucarum genus eſt, quas penſiles vocant, alias minus extuberantes, Latini ſeſsiles, Græci μυρμηκίας appellarunt. Adnaſcuntur cuti, & referuntur etiam ad genus ſcirrhoſorum tumorum.

Melicerides, Atheromata, Steatomata, abſceſſus ſunt ſecundi generis. Primum enim abſceſſuum genus eſt, cum phlegmone ſuppuratione terminatur. Vulgò generali nomine excreſcentiæ phlegmaticæ dicuntur, quemadmodum etiam ſtrumæ, nodi, ganglia, &c.

Atheroma abſceſſus eſt, cuius materia pulti farinatiæ ſimilis apparet, cui perſæpè alia quædam corpora immixta cernuntur, lapidibus, oſsibus, pilis, teſtis, non diſsimilia.

Meliceris, humorem continet tenuiorem, ac melli ſimilem.

Steatomatis verò materia ad ſeui ſimilitudi-

lirudinem proximè accedit. Ad hæc tria genera omnes abſceſſus, qui ex ſuppuratione non conſiſtunt, referuntur.

Commune omnibus eſt, quod habeant tumorem abſq; dolore, qui paulatim incrementum ſumit, quodq; earum materia propria membrana, ſeu folliculo continetur, ſed duritie differunt. Omnium enim durisſimum eſt Scheatoma, poſt illud Atheroma, minus illo Meliceris.

Per vitiligines, & lepras, Galenus intelligere videtur ſquamas illas, quæ per alteram vitiliginis ſpeciem quæ λεύκη dicitur, & lepram illam, quæ leuior affectus eſt, & à ſcabie non multum diſtat, cuti adnaſcuntur.

Callus, eſt dura quædam & compacta caro ſtupens, albicans, minimeq; perſpirans, cuiuſmodi oſsium fracturis, & vlceribus in fiſtulas degenerantibus, innaſci ſolet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT IX.

DE MORBIS QVI *contingunt in magnitudine partium.*

MAgnitudo tertium genus erat, quod compoſitionem organicam perficiebat. Huius igitur ἀμετρία tanta, vt actionem lædat, morbus etiam erit. Cùm autem magnitudo, & numerus ſub eodem genere contineatur, vt alterum ſit quantitas continua, alterum diſcreta, fit plerumque, vt in fine ſuperioris capitis Galenus etiam monuit, vt ijdem morbi, tum ad numeri, tum ad magnitudinis ἀμετρίαν, referri poſſint.

Porrò prima diuiſio morborum, qui in magnitudine vitiata conſiſtunt, hæc eſt, quod partium moles interdum auctior, interdum diminutior ſit, quam ad probam actionem perficiendam conueniat. Exemplo id declarat Galenus in lingua, quæ ſi præ magnitudine, vel paruitate, ori exactè non congruat, neceſſe eſt, ſermonem vitiari.

Cùm autem auctio duplex ſit. Vna, cum partes valida facultate præditæ copioſum alimentum benè aſsimilant,

atque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

atq; ita ſimili ſubſtantia augentur: Altera cum diſsimili ac aliena materia, & in ali- mentum non conuerſa, tumeſcunt veriu- quam augentur, Galenus ad vtramque hic reſpexit, vt exempla ipſius indicant. Ni- comachi Smyrnæi corpus vniuerſum ſe- cundum naturam, ex alimento copioſo, & valida facultate, ita auctum erat; vt loco moueri non poſset. Magnitudinem vero ex ſtruma ortam; alterius generis eſſe con- ſtat.

Sed naturales auctiones, vt in toto cor- pore ſępè, ita in particularibus membris ra- riſsimè accidere ſolent, poſt perfectam con- formationem in vtero acceptam, quæ ſal- tem toti organo ſit communis, vel per to- tum organum ſeſe extendat. Non raro e- nim apparet in vlceribus carnem ſupercre- ſcere, ſed talis auctio non eſt totius organi.

Diminutiones autem membrorum par- ticulares frequenter accidunt. Contingit enim membra aliqua tabeſcere, reliquo cor- pore habitum ſuum ſeruante, quem affe- ctum alioqui Phthiſin, nonnulli Atrophiam particularem appellant.

Caro vlceribus supercreſcens, ex ſan- guine copioſo in vlceratas partes manante, & valida facultate aſsimilante, pronaſcitur.

Pria-

Priapiſmus eſt pudendi in omnes partes extenſio, citra veneris appetentiam. Fit à vapore halituoſo, in ligamentoſis penis corporibus concluſo. Nomen inditum eſt à Priapo hortorum Deo, cui Poætæ tale membrum aſsignant.

Virorum teſticuli plerumq; immodica magnitudine augentur, adnaſcente illis ſuperfluente carne, ex vlcere tunicæ ἐρυθροειδῆς, quæ inferiori ſede, qua carnoſa eſt, teſticulum attingit. Hunc morbum σαρκοκήλην Græci, vulgus Herniam, & Germani nonnulli Carnophilen vocant. Augentur etiam partes circa teſticulum, ab aqua inter tunicas contenta. Hunc affectum ὑδροκήλην, vulgò Herniam aquoſam nominant.

Mammæ propter venarum multitudinem, & glandularum, quæ plurimæ ſunt in ipſis, laxitatem, magna mole interdum præter naturam excreſcunt. Idem accidit nonnunquam carunculis illis, quæ orificio ceruicis vteri prælocatæ ſunt, colliculi & alæ nominatæ.

Strumæ Græcis χοίραδες dictæ, quod porci his infeſtari ſoleant, vnde vulgus etiam ſcrophulas nominat, tumores ſunt, à pituitoſa materia orti. Quare ad Oedema-

tis genus etiam referuntur. Cùm indu-ruerint, Scirrhis etiam annumerari poſſunt. Colli glandulas potiſsimũ occupant. Quare etiam à nonnullis tumidæ & induratæ glandulæ dicuntur. Cùm ſubinde mutata ſede per vniuerſum corpus vagantur, cum aduentitia quadam caliditate, indicium eſt, ſobolem eſſe ſtrumarum internarum, quæ curationem non facilè admittunt.

Cum caruncula, quæ ad maiorem oculi angulum lachrymis & fluenti pituita naturaliter oppletur, fit vt palpebra difficilius moueatur. Hic morbus à loco affecto ἐγκανθὶς, vocatur. Græci enim oculi angulos κάνθους nominant. Cùm verò eadem immodicè diminuta eſt, affectus à ſymptomate ῥοιὰς dicitur, quod & pituita & lachrymæ magis tum in genas defluant.

CAPVT X.

DE MORBIS, QVI ad compoſitionem vel ſitum partium pertinent.

AD organicam compoſitioné, ſingularum partium σύνθεσιν etiam pertinere oſtenſum eſt, quo nomine duo illa ſignificantur, partium ſingularum in proprio loco poſitio, & earum cum vicinis partibns connexio.

Vitiatæ autem poſitionis morbos exempli gratia hic commemorat, luxationes & commotiones, item epiplocelem & enterocelem. Ad vitiatam verò connexionem refert, ligamentorum laxitatem, intenſionem, & abruptionem, linguæ ac pudendi vincula immodica, quæ loquelam, manducationem, item ſeminis in vterum proiectionem impediunt, labiorum, palpebrarum, digitorum, ſedis, & ſimilium partium ab vlcere coaleſcentiam.

Luxationes vulgus dislocationes appellat, cum videlicet oſſa, qua parte in articulo continentur, motu violento ſeparantur, penitusq́ue extra ſuum naturalem locum abeunt. Quod interpres hîc commotiones vertit, vulgus contorſionem vocat, cum non penitus, ſed aliqua ex parte oſsium in articulos fit diductio.

Epiplocele & enterocele, eſt epiploi ſeu

omenti & inteſtinorum in ſcrotum de[m]-
lutio. Referri huc etiam poteſt, Criſt[al]-
lini humoris in oculo extra ſuam ſedem [di]-
motio, ſurſum vel deorſum, vel ad ang[u]-
los, & ſimiles affectus.

CAPVT XI.

DE MORBIS QV[I] prouentiunt ex ſolutione continui ſeu vnitatis.

SVpra in ſerie quarti capitis demonſtra-
tum eſt, vnitatem ſeu continuitatem o-
mnibus partibus, tam ſimilaribus qua[m]
organicis conuenire, ijsq; id præſtare, vt v-
num ſint ſeu continuum, quod ipſum fun-
ctionibus earum non parum commodat.
Quod ſi vnitatem corrumpi contingat, ne-
ceſſe eſt morbum exiſtere, quem Galenus
generali nomine primus ſolutionem vni-
tatis appellauit. Huius ſpecies hoc XI.
capite enumerat.

Eam, quæ carni accidit, ſiue per inciſio-
nem aut punctionem à cauſis externis, ſiue
per eroſionem ab internis excitata fuerit,
vno nomine ſemper ferè vlcus nominat.

Recentiores cruentam ac recentem in-
ciſio-

ciſionem extrinſecus factam, plagam, ac
ulnus appellare malunt. Vlcus autem
antum nominant recentiores, quod iam in-
eterauit, ac pus contraxit. Recens tamen
lcus per inciſionem factum, τραῦμα
iam interdũ vocat Galenus, quemadmo-
um id, quod ab acuto & tenui inſtrumento
nflictum eſt, νυγμὰ, id eſt, puncturam.

Vehemens autem ac rumpens tenſio,
uæ muſculoſis fibris ac vaſis accidit, ru-
tio dicitur. Eadem cum neruis accidit,
onuulſio nominatur.

Quæcunq; verò carni, vaſis, membra-
is, neruis, & oſsibus mollioribus, à graui
liquo corpore extrinſecus incidente, ſolu-
o continui accidit, colliſionem vel contu-
ionem vocant. Vaſorum ruptiones &
ontuſiones, comitari ſolet ſanguinis effu-
o, ſeu extrauaſatio.

Quæ oſsibus ſolutio continui, à motu
el ictu vehementi acciderit, fractura ap-
ellatur. Frangi enim propriè dicuntur,
uæ duram ſolidamque ſubſtantiam nacta
unt, & in magnas partes diuiduntur. Ero-
o oſsis caries dicta eſt.

Huiuſmodi continui ſolutiones vtriſq;
artibus communes ſunt. Verum ſi eiuſ-
modi fuerint, vt totius organi compoſitio

lædatur, quemadmodum ligamento diſ[illegible] cto fieri ſolet, morbus propriè organic[illegible] dicetur, ſecundario verò ſimilaris. Si ve[illegible] rò cutis aut caro tantum lædatur, prop[illegible] ad ſimilares partes affectus pertinebunt, p[illegible] accidens verò ad organicas.

Apoſpaſmata id eſt, integrorũ mem[illegible] brorum auulſiones, item Anaſtomoſes, [illegible] eſt, oſculorum vaſorum apertiones, prop[illegible] inſtrumentorũ totorum, ſecundario ſimil[illegible] rium parium morbi ſunt, vt libro de con[illegible] tutione artis Galenus docet.

Omnis autem continui ſolutio, in qu[illegible] cunq; parte acciderit, commodè ad h[illegible] quatuor genera referri poteſt, inciſione[illegible] tenſionem ſeu ruptionem, contuſionem[illegible] eroſionem.

CAPVT XII.

DE COMPOSITI[illegible] morbis partium ſimilarium.

HActenus omnium morborũ ſimplici[illegible] ſpecies recenſuit, in ſimilaribus qui[illegible] dem partibus, ex eorum hypotheſi, qui ſ[illegible] nitatem ſimilarem mediocritatem mea[illegible] eſſe vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

eſſe volunt duas, latitudinem videlicet, & anguſtiam meatuum. Ex alterius verò ſectæ ſententia, quæ ſanitatem ſimilarem quatuor primarum qualitatum temperiem eſſe demonſtrat, octo, nimirum intemperiem calidam, frigidam, humidã & ſiccam, easq́; ſingulas vel in ſolis qualitatum alterationibus conſiſtentes, vel etiam cum humoris alicuius affluxu.

In organicis autem partibus, cum vtraque ſecta eandem compoſitionis ſymmetrian, eandemq́ue ſanitatis formam admittat, vt ſupra cap. 4. expoſitum eſt, ex communi vtriuſque hypotheſi, oſtendit, quatuor eſſe ſimplicium morborum genera: Quorum vnum in figuræ, alterum in numeri, tertium in magnitudinis, quartum in ſitus ſeu connexionis ametria conſiſtit.

His omnibus adiunxit vnum ſimplex morbi genus, vtriſq; partibus commune, quod generali nomine vnitatis ſeu continuitatis ſolutionem appellat, ſed pro partibus quibus accidit, & cauſa efficiente, alia atq; alia nomina indit.

Sic igitur conſtitutis ſimplicium morborum ſpeciebus deinceps ad compoſitos progreditur, & quomodo ſimplices

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

inter ſe componantur, his duobus vltimis capitibus pertractat.

Eſt autem hoc diſcrimen ſimplicis & compoſiti morbi, ſeu vnius morbi per ſe exiſtentis, & plurium inter ſe complicatorum, diligenter animaduertendum. Simplicis enim morbi ſimplex eſt indicatio ad remedium. Compoſiti verò, pro ratione compoſitionis, multiplex.

Porrò duodecimo hoc capite primum oſtendit, quomodo ex priori hypotheſi, duo illi ſimplices morbi, latitudo & adſtrictio meatuum, in vna aliqua particula ſimilari reperiantur.

Inde verò ad alteram veriorem hypotheſin conuerſus docet, quomodo in vna aliqua ſimilari parte duplex plerumq; intemperies, calida videlicet & ſicca, calida & humida, frigida & ſicca, frigida & humida, ſæpiſsimè complicata reperiatur, idq; vel ex ſola alteratione qualitatum, vel etiam humore aliquo affluente.

Docet etiam deinceps, quomodo ad compoſitam vel duplicem intemperiem, tertius morbus interdum accedat, interdum etiam quartus aliquis, de genere organicorum.

Exempli gratia. Phlegmone morbus com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

compoſitus ſimilaris eſt propriè, videlicet intemperies calida & humida, ex ſanguinis naturalis calidi & humidi fluxione. Ad hanc ſi, vt plerumq; fieri ſolet, vlcus etiam acceſſerit, id tertius morbus cenſebitur. Præthereà ſi tumor, qui ei adiunctus eſt, & alioqui pro ſymptomate habetur, in tantam magnitudinem excreuerit, vt ratione ſui immediatè organi functionem vitiet, vt hic quoq; morbus in magnitudine aucta cenſeatur, conſtat vniuerſum morbum quadrupliciter compoſitum eſſe, vel complicari, & quadruplices indicationes de ſe præbere.

Cæterum vera & exquiſita phlegmone, à ſyncero & benigno ſanguine procreata, non ſemper exulceratur, ſed plerumq; per digeſtionẽ diſcutitur. Ea verò quæ Carbunculus latinis dicitur, & à craſſo, nigro ac fæculento ſanguine, eodemq́; plurimum efferueſcente, generatur, nunquam non partem quamcunq; occupat. exurit, vt vlcus cum cruſta, quam ἐσχάραν Græci vocant, in ea excitetur.

Eryſipelas, quod ſacrum ignem Latini vocant antiqui, duplex eſt: Vnum legitimum, verum, ſeu exquiſitum, quod ſine magno tumore, ſed cum ardore vehementi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

& rubore ſubflauo, non carnem vt phlegmone, ſed cutem præcipuè occupat, ſubiectæ tamen carnis nonnihil etiam apprehendens, fit à fluxione flauæ bilis, vel ſanguinis feruentis, & conſiſtentia tenuis, in flauam bilem degenerantis. Itaq; morbus in eo duplex eſt, duplex videlicet intemperies, calida & ſicca, pro cauſæ ipſius, nimirum flauæ bilis affluentis, natura.

Alterum eſt Eryſipelas non exquiſitum, quod cum vlcere componitur. Fit enim à craſsiore & acriore bile, cutem & interdum ſubiectam etiam carnem exulcerante.

Herpetes, quos recentiores Medici puſtulas colericas & formicas vocarunt, iiſdem cum Eryſipelate morborum generibus conſtant. Fiunt enim à bilioſo excremento, à tota ſanguinis maſſa ſeparato, quod cum tenuè eſt, ſummam tantum cuticulam infeſtat, & exiguas puſtulas in ea excitat, milij grani magnitudine. Vnde etiam affectus κενχρίας, id eſt, miliaris dictus eſt. Cum craſsior ac mordacior bilis cutem totam, & interdum etiam carnem ſubiectam exulcerat, vocatur affectus Herpes ἐσθιόμενος.

Cancer

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Cancer dictus à cancri fluuiatilis ſimilitudine, cum ſine vlcere conſiſtit. Hippocrati Aphor. 36. lib. 6. occultus dicitur, κρύπτος Græcè, vulgò apoſtematoſus. Generatur ab atra bile mitiore vt ſcirrus. Cum vlcus adiunctum habet, fit ab atra bile aduſta, maligna, acri & erodente, feci vini vſtæ per ſimili.

Oedema, tumor eſt mollis ac laxus, citra vllam exulcerationem ac dolorem, à pituita naturali, vel aquoſo humore proueniens.

Addit autem Galenus, huiuſmodi commemoratos ac ſimiles morbos, compoſitos eſſe, etiam cum ex ſinceris & impermixtis humoribus conſtant. Singuli enim humores duplicem habent excedentem qualitatem, quæ duplicem loco affecto intemperiem imprimit.

Verum cum rarò ſinceri humores fluxionem faciant, ſed plerumq; inter ſe ſint commixti, contingit etiam hac de cauſa affectus ipſos variè complicari, vt plegmone dicatur Oedematodes, eryſipelatodes, ſcyrrhodes, vel Eryſipelas phlegmonodes. Quarum appellationum prior humorem magis dominantem, altera qui minorem in morbo partem habet, deſignat.

CAP. 13.

CAPVT XIII.

DE COMPOSITIS morbis partium organicarum.

QVomodo vna aliqua ſimilaris particula, plures diuerſoſque ſimilares morbos inter ſe complicatos, ſimul eodem tempore ſuſtineat, ſuperiori capite oſtenſum eſt. Hoc verò vltimo capite deinceps docet Galenus, quomodo idipſum organicis partibus etiam accidat, vt compoſitis morbis laborent.

Aut enim in vno aliquo organo plures morbi complicantur, qui verè organici ſunt, vt in oculo ſuffuſio, vngues, pupillæ diſtorſio, vel dilatatio, & ſimiles morbi. Qui omnes quidẽ organici ſunt, ſed aliqui immediatè ad totum oculum pertinent, vt ſuffuſio, & totius oculi diminutio, alij ad aliquas eius partes.

Aut morbus aliquis ſimilaris compoſitus, cuiuſmodi eſt phlegmone, primo ac per ſe partem aliquam ſimilarem occupat, vt in oculo adhęrentem tunicam, aliâs coniunctiuam, per accidens tamen totius oculi morbus dicitur.

Aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Aut organici morbi cum ſimilaribus in vno organo variè miſcentur, vt in crure luxatio cum phlegmone. Luxatur enim propriè crus, brachium, &c. Phlegmone verò propriè affici dicitur caro, aut ſimilis particula. Item in oculo fieri poteſt, vt ſimul adhærens tunica phlegmone laboret, cornea verò vlcerata ſit atq; exeſa, & vuea procidat, & pupilla diſtorqueatur, & ſuffuſio etiam aliqua appareat.

Porrò ſiue huiuſmodi complicationem, vnum totius organi morbum compoſitum eſſe dicas, ſiue diuerſarum ipſius partium plures ac diuerſos morbos, nihil refert: Modò tamen ſingulos affectus diligenter obſerues ac diſtinguas, qui propriè ac per ſe, qui verò per accidens toti organo comperant. Eſt enim hæc ſcientia ad therapeuticam methodum omninò neceſſaria, quæ docet, quo ordine ac quibus remedijs ſingulis ſit occurrendum.

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

LIBER SECVNDVS GALENI, de cauſis morborum.

CAPVT I.

ANAKEPHALAIOſis præcedentis libri, & huius libri ſumma.

QVID ſit morbus, item quæ ſint ſimplicium morborum in vniuerſum tum genera tum ſpecies, ſeu eſſentiales differentiæ, & quomodo inter ſe miſceantur, primo libro artificioſa quadam methodo oſtendit Galenus, ſumpto principio à communi notione ſanitatis & morbi, & à communibus hypotheſibus Medicorum, de corporis totius compoſitione. Hoc ſequenti verò libro, quæ ſint morborum cauſæ docet, ſeruato eodem planè ordine, quo differentias ipſorum prius expoſuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT II.

DE CAVSIS CALIdæ intemperiei & de morbis *ex calida intemperie procreatis.*

HOC ſecundo capite quinq; recenſet cauſas calidæ intemperiei, motum, putredinem, calidioris alicuius corporis vicinitatem ſtipationem, alimenti vel medicamenti calidioris vſum. Externis autem & euidentibus exemplis quaſi per inductionem colligit prædictas omnes cauſas caliditatem inuehere.

Exercitatione corpora incaleſcere notum eſt omnibus. Accenditur enim calor natiuus, ſpiritus & ſanguis diffunditur, & oſſa ex mutuo attritu calorem accipiunt: Quemadmodum lapides ex mutuò attritu incaleſcunt, quod aër, qui medius intercipitur, attenuetur, & igneam quandam naturam accipiat. Flamma verò cùm difflatur, rarefit magis, & fit vt ſingulæ eius partes à circumfuſo aëre plus nutrimenti accipiant, atq; ita magis exardeſcant.

Putredinem Ariſtoteles lib. 4. Meteoron cap. 1. definit eſſe proprij ac naturalis caloris in humido exiſtentis corruptioné, à calore ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

lore externo excitatam. Galenus lib. 2. de differẽt. febrium cap. 12. Ariſtotelis ſen-tentiam approbat, & dicit caloris intern- proprium eſſe concoquere & conſeruare; externi verò putrefacere ac corrumpere.

Lib. 3. Epidemiorum, commentario primo, putredinis materiam dicit eſſe hu-miditatem: Efficientem verò cauſam ca-lorem externum ſeu præter naturam. La-pides, tegulas, aurum, argentum, cæteraq; metalla non putreſcere, quod omninò ſicca ſint. Ea verò quæ humida ſunt, & putre-dini obnoxia, minus putreſcere, ſi in aëre frigido conſeruentur, frigidisq; ventis ven-tilentur. Addit etiam putredinem omnem augeri quiete, & arteriarum motum præter cætera id commodi corporibus præſtare, quod minus putreſcant.

Quod verò corporis calidi vicinitas, etiamſi alteri corpori non admoueatur, ne-que ipſum contingat, ex mediocri tamen interuallo ipſum calefaciat, manifeſtum eſt. Sed id tantum Galenus intelligere videtur de corpore, quod iam actu calidum eſt, non potentia.

Iam, ſi brumæ ſtipatio calorem inclu-ſum coercet, quo minus diſsipetur, ita ille tandem in ſe reflexus fit validior. Sed nec in ob-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

in obſcuro eſt, inquit, Galenus, quod idem ex ipſa materia prouenit. Materiam hîc appellat calidam, quicquid ſcilicet potentia calidum eſt, & calidis corporibus additum, ab iiſdem alteratur & aſsimilatur. Sic lignum igni additum in ignem vertitur. Vinum, piper, & ſimilia corpori admota vel aſſumpta, primum ab ipſo mutantur, & potentialem calorem, quem prius obtinebant, in actum proferunt, & verè calefaciunt.

TEXTVS. *Quomodo igitur in animalium corpore.*) Hactenus vt Phyſicus oſtendit vniuerſaliter, quæuis corpora à prædictis cauſis ad calidam intemperiem deduci. Nunc vt Medicus propriè eas ad corpus accommodat.

TEXT. *Cum quiſpiam immoderata exercitatione.*) Exercitationem definit Galenus in principio ſecundi libri de ſanitate tuenda, non quemuis motum, ſed eum tantum, qui vehemens eſt, & qui ſit cum notabili anhelitus alteratione. Ea cum moderata eſt, præter alia commoda quæ corpori præſtat, & â Galeno commemorantur, eodem loco, calorem natiuum auget, efficitq́ue, vt alimentum facilius attrahatur & immutetur, & in omnes nutriendas par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tes diducatur. Immodica verò exercitatio præter calorem, laſsitudinem etiam & febrim Ephemeram nonnunquam inducit.

Laſsitudinis tres ſpecies Galenus commemorat, quas à ſymptomatibus, quæ in ipſis ſentiuntur, tenſiuam, vlceroſam & phlegmonoſam nominat. Excitantur autem ſingulæ pro natura corporis,& humorum differentijs.

Tenſiua quidem, cum muſculorum fibræ quaſi durante adhuc exercitatione tenduntur, Idque vel à vaporibus incluſis, vel humore etiam copioſo, quem excalefactæ partes attrahunt.

Vlceroſa fit, cum â calore acria ac tenuia excrementa funduntur ac liquantur, ſed penitus non expelluntur. Tum enim cutem & carnem ab ijs pungi, & quaſi vulnerari contingit, ſic vt horror etiam interdum & rigor conſequatur.

Phlegmonoſa laſsitudo,tum à multis, tum ab acribus fit excrementis, atque in muſculis ſenſum phlegmonis excitat: In neruoſis autem partibus, quæ oſsibus propiores ſunt, eiuſmodi moleſtiam, ac ſi partes illas contuſas haberemus.

TEX. *Huiuſmodi affectus febris nuncupatur.)* Per exercitationem febris in corpore non prius

prius accenditur, quam immodicus ille calor, quo primum incaleſcunt articuli, ligamenta, muſculi, cor etiam occupet. Eſt autem huiuſmodi febris de Ephemerarum genere, quas Galenus recenſet, lib. *1.* ad Glauconem.

TEX. *Ita & ira quæ feruor quidam eſt.*) Per iram & furorem, qui vehemens quædam eſt ira, ſpiritus celeriter ad cor reuocantur, ibiq; agitati atq; accenſi, febrem faciunt.

TEX. *Iam ea quæ putreſcunt.*) Sanguis in phlegmone, carbunculo, eryſipelate, febri ſynocha, & ſimilibus affectibus, cum videlicet in parte aliqua immodicè aceruatus eſt, ibiq; vel propter craſsitudinē obſtructus, vel propter multitudinem impactus tenetur, putreſcit, vt Galenus affirmat cap. *12.* lib. *2.* de differentijs febrium, duplici de cauſa: Et quia non difflatur, attracto externo aëre, & reiecto in ipſum fuliginoſo excremento, & quia à natura ſeu ſpiritu per arterias manante non regitur.

TEX. *Phygethla.*) Phygethlon eſt Phlegmone eryſipelatodes.

TEX. *Et quidem tertia cauſa immoderati caloris.*) Vna aliqua corporis pars, ex ambuſtione vel putredinoſo aliquo affectu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

conceptum calorem, proximis partibus facilè communicat, hoc ordine, vt primum incaleſcant ea, quæ ſunt tenuiorum partium, vt ſpiritus, humores, caro, adeps: poſtremò verò ea, quæ ſunt craſsiorum partium, cuiuſmodi ſunt oſſa, & reliqua membra ſolida, donec ad principium inſiti caloris, videlicet cor, peruenerit, vnde totum poſteà corpus principij ſentit affectum ſeu febrim. Facilimè id patet in pleuritide.

TEX. *Quartum verò cauſa genus.*) Quomodo conſtipatio corporis calorem augeat, interdum etiam ſuffocet, & quomodo conſtipationi interdum ſuccedat plethora; interdum febris, exactius explicat Galenus ſequenti capite, in quo de frigidæ intemperiei cauſis agit. Item in principio lib. 8. Methodi.

TEX. *Alimentorum acres ac calidæ qualitates.*) Alimenta calida dicuntur ea, quæ præterquam quod nutriunt, & ſubſtantiam corporis augent, etiam qualitatem mutant, vt medicamenta. Medicamenta verò propriè dicta, ſubſtantiam corporis non augent, ſed tantum qualitates mutant. Principium autem actionis ſuæ à corpore accipiunt.

TEX. *Vt vini veteris & acris.*) Vini calidi-

caliditatem Galenus ætate diſtinguit. Nam quod mediæ ætatis eſt, ſecundo gradu calidum eſſe ſcribit, vetuſtum tertio, muſtum primo, & caliditati eius proportione ſiccitatem reſpondere. Veteſtas vino acrimoniam, interdum etiam amaritudinem addit, qui quidem ſapores caliditatem ſemper arguunt, vt lib. *6.* ſimplic. prolixè Galenus docet.

Verùm non æque celeriter omnia vina inueteraſcunt. Citius enim vetuſti vini qualitates induunt, quæ imbecilla ſunt, colore albo, conſiſtentia tenui & ὀλιγόφορα, niſi ſtatim primis annis aceſcant. Fulua, rubra, nigra, craſſa, potentiora ſunt ac firmiora, vt vix multis annis mutationem accipiant. Tardius enim inueteraſcunt, atq; in genere magis calefaciunt, & caput feriunt. Vide Galenum cap. *8.* lib. *1.* de antidotis.

TEX. *Imbecillo corpori liberalius ingeſti.*) Imbecillum corpus appellat, quod ſubſtantia conſtat rara ac tenui. Id enim à vini acrimonia facilius læditur.

TEX. *Sed cur non ſemper ob quamlibet harum cauſarum febris accenditur?*) Poſtquam explicauit calidæ intemperiei cauſas, quærit, qui fiat, vt ſimiles cauſæ non

 ſemper,

ſemper, & in quibuſuis corporibus, ſimiliter agant, & ſimiles affectus producant?

Triplicem autem eius rei rationem reddit. Prima eſt, quod agentis cauſæ robur non ſemper ſit æquale. Secunda, quod non eadem ſemper ſit patientis corporis diſpoſitio, eiusq́; ad agens applicatio, Tertia, quod mora ſeu tempus, in quo omnis actio & paſsio perficitur, modò longum ſit, modò breue.

Demonſtrat autem ignis, lychni, & ſecantium inſtrumentorum exemplo, ad actionem neceſſario hæc requiri, agentis potentiæ proportionem maiorem, patientis ad patiendum diſpoſitionem, debitamq́ue ad agens applicationem, & tempus ſeu moram.

TEX. *Rurſus igitur ad propoſiti noſtri ſeriem redeamus*) In fine huius capitis duo ſumma morbificarum cauſarum genera ponit: Vnum earum, quæ in corpore conſiſtunt, quas cauſas προηγȣμένας, id eſt, antecedentes appellat: Alterum earum, quæ extrinſecus accidunt, quas προκαταρκτικὰς vocant, interpretes primitiuas interdum vertunt.

Porrò non incommodè recentiores Medici internam ſeu antecedentem cauſam dupli-

duplicem rurſus ſtatuunt: Vnam coniunctam, alteram remotam. Vt coniuncta ſit ea, quæ actu morbum facit, cuiuſmodi eſt ſanguis, in particula phlegmone laborante, contentus. Remota verò ea, quæ non actu ſed potentia morbi cauſa exiſtit, cuiuſmodi eſt ſanguis, non in ipſa phlegmone, ſed in maioribus venis adhuc contentus, qui tamen niſi alio reuelleretur, ad hunc affectum confluens, morbum aucturus eſſet.

Vtilè autem eſt hoc diſcrimen tenere. Alia enim medicinæ pars eſt, quæ coniunctæ, alia, quæ remotæ adhuc cauſæ medetur, idq́; diuerſa medendi ratione, & diuerſis ſæpè temporibus. Vt in propoſito phlegmonis exemplo, cauſa coniuncta, ſeu ſanguis phlegmonem iam faciens, propriè per curatiuam artem ex parte inflammata extra euacuatur. Cauſa verò antecedens remota, ſeu ſanguis, qui ex maioribus venis paulò poſt ad locum affectum confluens, morbum aucturus eſſet, propriè arte præſeruatiua in contrariam partem reuellitur, idque maximè in principijs & augmentis morborum. Cauſæ verò coniunctæ auferendæ magis in declinatione huiuſmodi morborum intenti ſumus.

Qui huic ſententiæ repugnant, & vnicam tantum antecedentem cauſam eſſe contendunt, ij hoc fundamento niti videntur, quod cauſa illa interna, quam nos remotam ſeu potentialem appellauimus, fientis tantum morbi, qui paſsio adhuc propriè dicitur, cauſa ſit, atq; ita inter cauſas morborum, qui iam facti intelliguntur, referri non debeat.

Verum cum huic cauſæ, quocunq; nomine appelletur, perſæpè vel prima cura adhibenda ſit, & in multis morbis Medici officium non tàm in facti morbi curationem, quam in fientis præcautione verſetur, nihil incommodi eſt, ſi hanc fientis morbi cauſam, præſentis morbi cauſam remotam appelles, & dicas exempli gratia: In pleuritide vnā eſſe cauſam internam coniunctā, ſanguinem videlicet, in inflammato latere aceruatim impactum, qui per digeſtionem è loco affecto paulatim euacuandus ſit: Alteram verò non coniunctam, ſed tamen propinquam, ſanguinem ſcilicet in maioribus venis contentum, qui mox, ne ad locum affectum confluat, reuellendus ſit. Qui inquàm ſic docet, artis præcepta non magis confundit, quam qui vnicam tantum antecedentem morbi cauſam ſtatuit, quæ curan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

curanda ſit, & aliam cauſam παθους ſeu morbi fientis, cui præcautione ſit occurrendum.

CAPVT III.

DE CAVSIS FRIgidæ intemperiei, & morbis inde natis.

VT ſuperiori capite calidæ intemperiei cauſas expoſuit, ita deinceps hîc frigidæ intemperiei cauſas enumerat: Frigidi vicinitatem, alimenti tum qualitatem tum quantitatem, magnam conſtipationem & ocium, & quæ his proximis contraria ſunt, raritatem & motum immodicum.

Primùm autem, vt ſuperiori capite etiam fecit, vtitur opparentibus exemplis, oſtenditq́; ignem, in quo elemento caliditas maxima eſt, à prædictis cauſis extingui: Poſteà verò eas ad corpus accommodat.

Mirandum autem non eſt, ſi contrarię cauſę, vt conſtipatio & raritas, ocium & motus, eundem effectum plerumq; in corpore producant. Id enim diuerſis rationibus accidit, dum ſtipatio calorem extinguit, raritas verò eundem diſsipat, vtriq; autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

effectus ſuccedit frigiditas. Sic vna plerumq; cauſa effectus diuerſos ac contrarios producit, ſed vnum per ſe, alterum per accidens. Vt corporis frigidi viciniras per ſe quidem ſemper refrigerat, per accidens verò, poros conſtipando, & calorem concludendo, corpus calefacit. Contra verò calidi corporis vicinitas ſemper quidem per ſe calefacit, quatenus verò calidam corporis ſubſtantiam digerit, ipſum refrigerat per accidens.

Interdum pro ſubiecti diuerſa diſpoſitione, diuerſi etiam atq; contrarij vnius cauſæ effectus exiſtunt, vt ſtipatio in mediocri corpore, auget ipſius tum ſubſtantiam, tum qualitatem calidam, At eadem in pleno corpore calorem natiuum ſæpè extinguit. Impedit enim perſpirationem, atq; ita frigiditatem ac mortem plerumq; accerſit. Vinum calidum mediocriter ſumptum calefacit. Idem ſi immodicè ſumatur, & corpora cruditate laborant, calorem obtundit, cruditatem auget, & frigidorum morborum cauſa exiſtit.

TEX. *Ob exceſſum vel defectum alimentorum.*) Inter id quod nutritur, & alimentum ipſum, proportio quædã & familiaritas eſſe debet, vt alimentum à nutriendi corporis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

poris natura adſimilari poſsit. Proportiò erit, ſi alimenti quantitas neq; nimis multa fuerit, vt vires nutriendi obruantur, neq; nimis pauca, vt inopia tabeſcat id, quod nutriri debebat, & vt qualitas eiuſmodi ſit, quæ adſimilationi non reſiſtat.

TEX. *Si etiam qui flammæ circumfunditur, aerem ſtipaueris.*) Flamma aëre priuata ſubitò emoritur, duabus de cauſis, & quod non habet, in quod fumoſum ſuum excrementum deponat, & quod nutrimento, quod ab aëre accipiebat, deſtituitur.

Minor verò flamma à maiori dupliciter quoq; extinguitur, & quia frigidi aëris appulſu non recreatur, & quia propria ipſius ſubſtantia nimium diſsipatur.

TEX. *Quod ſi eas flabellans ſeu mouens.*) Motus moderatus calorem vt flammam auget, immodicus eundem diffundit ac diſsipat, quies omninò conſopit.

TEX. *Secundum igitur primam cauſæ ſpeciem.*) Oſtendit à ſupra dictis cauſis, idem in corporibus noſtris euenire, quod prius in igni apparere docuit. Quod nonnulli toto corpore congelati interierunt, inde accidit, quod internus calor difflari ac perſpirare non potuerit.

TEX. *Optimi cibi ſupra modum aſſumpti.* Fri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

pti.) Frigidi cibi refrigerant corpus p
ſe, calidi verò ſed multi, per accidens, ni-
mirum obruto calore natiuo, & indu
prius cruditate, vel nimia venarum imple-
tione.

T E X. *Quod ſi fuerit ſtipatio modica.*
Proponit hîc duo genera conſtipationis
vnam maximam, quæ ſubitò extincto ca-
lore, mortis, vel ſaltem frigidorum mor-
borum cauſa exiſtit. Accidit autem ex
maxima vaſorum ac præcipuè arteria-
rum repletione. Neceſſe enim eſt calo-
rem præfocari, cum arteriæ ita plenæ ſunt
vt ſpacium non habeant, in quod dilatari
ac conſtringi queant. Atq; hunc affectum
ab Hippocrate venarum interceptionem
nominari dicit.

Altera conſtipatio, de qua hic agit, non
ita magna, frigidos morbos non procreat,
ſed vel πληθώραν, ſi ſubſtantia, quæ reti-
netur, mitis ac benigna fuerit. Si verò acris
ac mordax ſubſtantla retineatur, putredi-
nem ac febres accendet. De febri autem
illa, quæ conſequitur mediocrem conſtipa-
tionem corporis excrementoſi, agit Ga-
lenus lib. *1.* de different. febrium cap. 4. &
lib. *8.* Methodi.

Naturales affectus, quibus febres hu-
iuſmo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

iuſmodi accidere ſolent, bilioſi ferè ſunt, item calidi & humidi. Illorum enim excrementa fuliginoſa ſunt. Horum, etſi mitiora ſunt, tamen ad putredinem maximè ſunt diſpoſita. Aliud eſt in ijs, quorum excrementa arida aut cruda ſunt,

Aduentitij affectus, huiuſmodi febribus magis obnoxij, explicantur à Galeno lib. 1. de different. febrium cap. 4. Cognoſcuntur autem ex vſu cibi cacochymi, qualia ſunt, holera acria, aqua corrupta, cenoſa, feculenta, item legumina, quæ nimium computruerunt, & frumenta.

TEX. *Sic & laxatio.*) Rarefacientia omnia per accidens corpus refrigerant, diſcutiendo & diſsipando natiuum calorem. Rarefacientes autem cauſæ ſunt, aëris immodica caliditas, vt declarat Galenus in comment. 15. Aphoriſ. lib. 1. Item motus ſeu labor immodicus, vigiliæ, curæ, ſtudia multa, venus immodica, cibus ac potus attenuans.

CAPVT IIII.

DE CAVSIS SICcæ intemperiei, & de morbis hinc ortis.

IN hoc capite ſiccæ intemperiei cauſas commemorat. Ac primò cauſas omnes rarefacientes, de quibus paulò ante dictum eſt, in hoc ordine collocat.

Secundum eſt victus tenuis, qui ſcilicet minus ſubſtantiæ corpori reſtituit, quàm reſolutum eſt actione caloris natiui.

Tertium, alimenta ſiccandi facultate prædita. Huius generis ſunt, panis furfuraceus, cruſtaceus, & ſiligineus, item ſalſa omnia, fumo indurata & acria, item caro ſylueſtrium animalium, id eſt, venatica, vt leporina, excepta aprugna, legumina pleraq; fructus ſicci & adſtringentes, vt pyra, nuces, cotonea, acatia, vinum acre vetus.

Quartò, vigiliæ multæ ac crebræ ſiccitatem inducunt. Per eas enim ſpiritus diſperguntur ac diſsipantur, & magna fit corporis reſolutio. Quod poſt vigilias facies intumeſcat, ac palpebrarum humiditas ac grauitas appareat, à cerebri cruditate accidit.

Quintò, animi curæ ac ſollicitudines ſiccitatem efficiunt, tum quod vigiliarum ſunt cauſæ, tum etiam quod ſpiritus intrò reuocatos abſumunt, & corporis humores depaſcunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sextò, aëris conſtitutio ſicca, cuiuſmodi eſt aquilonaris, per ſe corpora ſiccat, de quo vide comment. Galeni lib. 3. Aphoriſmo. 5.

Quæ vltimo loco inter exſiccantes cauſas Galenus hic recenſet, ſunt ea, quæ medicamentoſam naturam obtinent, ſiue ea foris admoueantur, ſiue intro ſumantur. Foris incidentia, ſunt aquæ thermarum, quæ ſulphuream, nitroſam, ferream, aluminoſam, bituminoſam naturam poſsident: item medicamenta omnia ſiccantia & adſtringentia. Quæ intrò ſumuntur medicamenta, pauca humectandi, plurima ſiccandi vim habent.

CAPVT V.

DE CAVSIS HVmidorum morborum.

Caput quintum facilè intelligi poteſt, ſi cogitetur ſuperius caput huic capiti ex diametro opponi. Legatur autem ipſe textus Galeni, qui, per ſe ſatis perſpicuus eſt, nec longiore eget enarratione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT V.

DE CAVSIS COMpoſitorum morborum, qui ſimilares partes inuadunt.

MAteriam huius capitis quatuor locis perſtringemus. Primus locus eſt. Quemadmodum ſimplicium morborum ſimplices ſunt, ſeu vnius generis cauſæ, ita compoſitorum morborum cauſæ etiam ſunt compoſitæ. Sic calidi morbi calida cauſa eſt, ſicci ſicca. Calidi verò & ſicci morbi cauſæ ſunt ſimul & calidæ & ſiccæ.

Secundò, plures cauſæ corpus alterant, ſi conformi concordia agant. Si enim vnius alicuius generis multæ cauſæ ſimul concurrant, certum eſt, quo plures fuerint ſiue calefacientes, ſiue refrigerantes, quod eò validius corpus mutetur. Si verò contrariæ cauſæ copulentur, vt calidæ ſimul & frigidæ, ſiccæ & humidæ, vincent illæ, quæ vel robore, vel numero, vel temporis diuturnitate potentiores fuerint. Quod ſi pares fuerint, corpus pariter à contrarijs illis cauſis ſimul afficietur, illa intemperie, quæ propriè inæqualis dicitur.

Exemplum eſt in febre Epialo, quæ à frigida

frigida pituita, ſed putreſcente, accenditur, efficitq; vt ſimul in vna corporis particula ſenſus vtrumq; percipiat, immodicam caliditatem & frigiditatem, ſine vlla diuiſione ſubiecti. Quanquam qui exactius diſputant, ſenſum hic falli pronunciant, & adæquatum ſubiectum à ſenſibili diſtinguunt. Galenus in libro de inæquali intemperie, hoc nomen ad alios etiam morbos transfert, in quibus morboſa intemperies cum naturali quaſi luctatur, donec earum altera expugnetur.

Tertiò, materialis omnis intemperies à fluxione alicuius humoris oritur. Singuli autem humores duabus qualitatibus ſemper excedunt. Igitur materialis intemperies ſemper eſt compoſita. Præcipuè autem quatuor morbi ſunt, qui ex humorum fluxione generantur, phlegmone, eryſipelas ex flaua bile, œdema ex pituita, ſcirrus ex melancholico ſucco. Ad hæc quatuor genera reliqua omnia ex fluxione nata referuntur, vt ad Phlegmonem, carbunculi, ad Eryſipelata, omnes herpetes & phlyctenæ, ad Oedema, ſteatomata, melicerides, atheromata, ad Scirrum, verrucæ, calli, cancri, impetigines, &c.

Quartò, in hoc capite docet Galenus,

fluxionem fieri à robore facultatis expultricis, in parte aliqua principali, vel alioqui robuſta, depellente humorem qualitate aut quantitate moleſtum, in aliam partem, quæ vitio aliquo à prima generatione, vel poſtea contracto, vel ſua natura imbecillis eſt: Id quę maximè, cum naturalia organa ad expurgandam excrementi multitudinem non ſufficiunt, vel meatus eorum obſtructi ſunt. Exactius eadem docentur in libro de tumoribus præter naturam, lib. 13. & 14. Methodi, & lib. 2. ad Glauconem.

Licet autem cum recentioribus Medicis tumorum præter naturam duas generales cauſas ſtatuere, fluxionem & congeſtionem. Et fluxionis cauſas in his quatuor conſtituere, I. In membro propellente. II. In membro excipiente, III. In humore fluente, IIII. In ſpacio, per quod fluit.

Ac membri quidem propellentis ratione fluxio propriè excitatur, ſi facultas eius expultrix valida fuerit, vel proprij eius motus anguſti, vel ſi cum membro excipiente naturalem habeat connexionem.

In parte verò excipiente fluxionis cauſa ſtatuitur, ſi ipſa vel calens vel dolens, humorem attrahat, vel imbecillis, vel rara, vel in-

vel inferiori loco ſita, vel ignobilis, aliundè propulſum facilè admittat.

In humore fluente propriè cauſa eſt fluxionis, cum is vel copia, vel mala ſua qualitate, facultatem expultricem irritat.

Poſtremò medium ſpacium, vt venæ & arteriæ impletæ, fluxionem etiam iuuant.

Congeſtionis duæ potiſsimum cauſæ recenſentur, error facultatis alteratricis, & imbecillitas expultricis. Notandum autem in primis eſt, tumores præter naturam calidos per fluxionem, frigidiores verò per congeſtionem vt plurimum excitari.

In fine huius capitis oſtendit, qui fiat, quod ſuperflua corporis excrementa, quæ in omni concoctione perpetuò prouenire neceſſe eſt, non ſemper euacuentur per loca conuenientia, hoc eſt, per organa, quæ ipſis expurgandis natura ab initiò conſtruxit, ſed plerumq; præter naturam in alias partes fluxione deriuentur. Aſsignat autem duas præcipuè cauſas, ipſorum excrementorum ab aëre, vel praua victus ratione, nimiam copiam, & meatuum, per quos excerni debebant, obſtru-

obſtructionem. Exactius hæc tradit in fi[...]
lib. 1. de ſanitate tuenda; vbi omnium co[...]
coctionum, videlicet eius, quæ in ventr[...]
epate, & corporis habitu fit: item partic[...]
larium quorundā membrorum, vt cerebr[...]
oculorum, propria excrementa & emiſſ[...]
ria enumerat, & quas ob cauſas excreme[...]
ta ſingula plerumq; retineantur, docet.

CAPVT VII.

DE CAVSIS MORborum organicorum ex vitiata figura,

HActenus ſimilarium morborum ſimplicium & compoſitorũ cauſas recenſuit, nunc deinceps organicorum morborum cauſas exquirit, ac primum deprauatæ figuræ, cuius differentias ſupra lib. 1. cap. 6. & 7. enumerauit.

Sunt autem figuræ, propriè ſic dictæ, vitiatæ, quæ hic recenſentur, hæ octo cauſæ.

I. Seminis naturalis motus, in vtero impeditus, propter materiæ multitudinem, vel malam qualitatem.

II. Oſte-

II. Obſtetricum in excipiendo contrectando, inuoluendoq; fœtu error.

III. Quorundam membrorum inepta deligatio, à nutricibus facta.

IIII. Infantium importunus & vehemens motus.

V. Quarundam partium colliſio & fractura.

VI Medicorum inepta fracturarum deligatio, & ægrorum error, qui oſſe nondum conſolidato moueri incipiunt.

VII. Plenitudo nimia aut defectus.

VIII. Alicuius partis tenſio, facta ab eiuſdem conuulſione, phlegmone, ſcirrho, aut ſimili affectu, vel à contrariæ partis neruorum reſolutione, aut diſſectione. Exemplis hæc illuſtrantur in textu.

Cæterum ad deprauatæ figuræ genus referuntur etiam, vt lib. *1.* cap. *1.* demonſtratum eſt, meatuum, cauitatum, & ſuperficiei ametriæ. Ac meatus quidem & cauitates quadrupliciter à naturali ſymmetria recedunt. Aut enim penitus coaleſcunt, aut obſtruuntur, aut conſtringuntur, aut nimium aperiuntur.

Coaleſcentiæ cauſa eſt, interioris ipſorum ſuperficiei exulceratio.

Obſtructio fit ab humore multo, lento, craſ-

to, craſſo, grumo, callo, caruncula, ſcirrho, phlegmone, alijsq́; tumoribus, internam meatuum ſuperficiem occupantibus.

Conſtringuntur autem & comprimuntur meatus, & præcipuè eorum oſcula, à frigida ſiccaq́; materia, item à corporibus ac tumoribus dictis, exteriorem ſuperficiem comprehendentibus, item à facultate retentrice valida.

Aperiuntur verò præter naturam, ab expultricis facultatis motu immmodico, & retentricis imbecillitate, propria laxitate, ab medicamentis acribus & aperientibus, ab aëre externo calido & humido.

TEX. *Et medicamen aliquod.*) Quæ ſit natura medicamentorum, quæ ſenſibiles meatus tum aſtringunt, tum aperiunt, docet Galenus lib. 5. ſympl. cap. 14.

Denſantia appellat, quæ cutis meatus tenues claudunt leuiter. Sunt autem natura acria, & refrigerantia citra aſtrictionem; Cuiuſmodi eſt aqua frigida, lactuca, intubus, ſemper viuum, portulaca.

Stipantia, quæ vaſorum orificia claudunt, & ſenſibiles excretiones cohibent, frigida ſunt & aſtringentia, & craſſarũ partiũ; Cuiuſmodi eſt, ſuccus vuæ acerbæ, folia vitium

tium, balauſtium, malicorium, acacia, plantago, &c.

Horum contraria ſunt rarefacientia, quæ cutis meatus aperiunt, moderatæ tum caliditatis, tum ſiccitatis, & partium tenuiũ. Huiuſmodi eſt, fœnogræcum, melilotum, althea, chamæmelum, & olea ex ijs præparata.

Quæ verò vaſorum orificia aperiunt, craſſarum ſunt partium, atq; ita calida, vt etiam acria ſint ac mordacia. Huius generis ſunt allium, cæpe, fel taurinum, item vnguentorum calidorum ſubſidentiæ.

Superficies partium dupliciter naturalem ſymmetriam amittit. Aut enim cum leuis eſſe debebat, exaſperatur, aut cum aſpera eſſe debebat, leuigatur.

Aſperitatis cauſæ ſunt, humores acres, medicamenta nimium abſtergentia, ſiccitas immodica. In oculis verò, faucibus & trachæa arteria, præter hæc commemorata, etiam fumus, puluis, ventus. Cauſæ exaſperantes, ſi aſsiduæ & validæ fuerint, in carne vlcus & eroſionem, & in oſsibus cariem plerumq; producunt.

Leuitatis cauſa potiſsimum eſt humor lentus, pinguis, multus, vt apparet in lienteria.

TEX. *Aut medicaminum abſterſa.*) Abſtergentium medicamentorum naturam explicat Galenus cap. *12.* lib. *5.* ſimpl. Quæ leuiter abſtergunt cutem, ῥυπτικὰ appellat. Quæ infarctos meatus expurgant ἐκφρακτικὰ vocat. Sunt autem omnia ſecundum maius & minus calida, & tenuium partium, vt amara omnia & nitroſa, vt eruum, lupini, amygdalæ, &c. Contraria his ſunt, quæ dicuntur ἐμπλαστικὰ & ἐμφρακτικὰ.

CAPVT VIII.

DE CAVSIS MORborum organicorum ex *diminuto numero.*

OCtauo capite lib. *1.* morborum differentias in numero expoſuit: eorundem hîc nunc cauſas recenſet.

Eorum quidem, qui ad diminutũ numerum pertinent, & poſt primam generationem acciderunt, quatuor, videlicet, ſectionem, vſtionem, putredinem, refrigerationem, enumerat. Qui verò ab vtero nobiſcum connaſcuntur, ex materiæ inopia & inualida facultate ortum habent.

Sectio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sectionis cauſæ manifeſtæ ſunt. Sunt enim acuta omnia extrinſecus corpori incidentia.

Vſtio fit ab igne, vel medicamentis ignea vi præditis, quæ Græcis καυστικὰ dicuntur. Inter hæc maximè vrunt, quæ cum magna caliditate craſſam ac terreſtrem ſubſtantiam poſsident, vt vitriolum, fex vini vſta, calx viua, &c. Quæ quia applicata ſic vrunt, vt cruſtam relinquant, ἐσχαρωτικὰ dicta ſunt.

Putredinis cauſas tres hic enumerat I. Medicamenta ſeptica. II. Excrementa maligna in corpore genita. III. Prohibitam difflationem.

Septica medicamenta cuiuſmodi ſint, explicat Galenus lib. 5. ſimplic. cap. 5. Sunt calida & ſicca, & genere cauſtica. Sed differunt à commemoratis modò eſcharoticis, quod tenuiori ſubſtantia conſtent, & vrendi vim minorem habeant, nec cruſtam illam generent.

Dicuntur autem σηπτικὰ, id eſt, putrefactiua, non propria quidem appellatione, ſed à ſymptomatis ſimilitudine. Carnem enim tenellam liquant, quæ liquata ſimilis eſt ei, quæ à calida & humida cauſa putre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

facta eſt. Propriè autem putrefieri dicuntur corpora, quæ à calida & humida cauſa cum fœtore quodam corrumpuntur.

Septicis proxima ſunt, ſed leuiora, quæ καθαιρετικὰ, dicuntur. Hæc enim in ſuperficiem tantum agunt, & ſupercreſcentem carnem leuiter radendo complanant.

Ab excrementis putridis corporis partes putreſcere, ac plerumq; decidere, manifeſtum eſt ex morbo gallico, quo qui laborant, plerumque palati partem, vuulam, internam narium cartilaginem, & pudendorum partes aliquas amittunt, & à putridis excrementis pulmonum, tracheæ arteriæ bronchia ſæpè reiecta ſunt.

Prohibitæ perſpirationis cauſæ ſunt immodica repletio & conſtipatio, item refrigeratio, quæ ex quatuor primis cauſis vltima erat. Ex his enim cauſis gangrenæ excitari ſolent, & ſiderationes membrorum, vnde poſteà membra decidunt.

Partes quæcunque in corpore ſuperſunt, & numerum à natura inſtitutum excedunt, morbos conſtituunt in numero aucto. Omnium autem eorum cauſa eſt materiæ multitudo, & facultas naturalis valida.

At ſi

At ſi partes illæ ſuperfluæ ſolo numero peccent, genere verò ac ſubſtantia ſecundum naturam ſint, vt ſextus digitus, caruncula, aut membrana aliqua ſuperflua, indicium eſt materiam multam vtilem, & facultatem formatricem validam fuiſſe. Si verò toto genere ſint præter naturam, vt lumbrici, calculi, atheromata, ſteatomata, cauſa horum fuiſſe exiſtimabitur materia multa, ſed praua, & facultas expultrix valida.

CAPVT IX.

DE CAVSIS MORborum in magnitudine.

EÆdem ſunt cauſæ morborum magnitudinis auctæ vel diminutæ, quæ numeri.

CAPVT X.

DE CAVSIS MORborum organicorũ in ſitu.

MOrborum in ſitu & connexione, quorum differentię explicatę ſunt cap. *10.* lib. *1.* cauſæ ſunt quædam externæ, quædam internæ.

Exter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Externæ ſunt ſubiti & vehementes motus, vt lucta, ſaltus, præceps caſus, magni conatus, tenſio, ruptio, ſectio, & ſimilia. His enim omnibus cauſis, articuli luxantur, membranæ ac ligamenta partes continentia rumpuntur. Partes verò iam non conſtrictæ ſuis ſedibus, facilè demouentur.

Internæ cauſæ ſunt, articulorum, ligamentorum ac membranarum partes connectentium, immodica humiditas ac laxitas, præterea cuiuſuis humoris immodica fluxio vel congeſtio, partes ab inuicem diducens. Poteſt etiam mala figura, vt ſinuum in articulis non ſatis magna profunditas, laxationis cauſa eſſe. Ramicum ſeu herniarum genera, quæ hic commemorantur, fiunt rupto vel laxato peritonæo, ea parte qua vaſis ſeminalibus obductum, ad teſticulos cum ipſis deſcendit. Enterocelem appellant, cum inteſtina, Epiplocelen cum omentum ad ſcrotum prolabitur. Si non ad ſcrotum vſq; deſcendant, ſed in inguine hærentia tumorem faciant, Bubonocelen nominant.

CAPVT XI.

DE CAVSIS MORborũ in ſolutione continui.

Diff

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

DIfferentias ſolutionis continuæ lib. *1.* cap. *11.* ſumebat à partibus ſimilaribus, quibus accidit. Etſi autem earundem nomina ibi explicuit, eadem tamen hic curioſius paulò perſequitur. Nam quod generaliter ineſſe fractura dicitur in oſsibus cranij, ῥῆξιν propriè nominari dicit. Si verò ſolutio in ijs ab acuto aliquo facta fuerit, διακοπὴν, id eſt, diſſectionem oſsis: eroſionem cum exigua eſt, aſperitatem, cum altius inſedit perforationem appellat. Contuſionem, in qua cauitas nulla manet, θλάσμα, id eſt, colliſionem: ſi verò cauitas manſerit, illiſionem nominare mauult.

Propriè autem hoc loco docet, quid ſit contuſio, cum videlicet internæ carnis particulæ ſecundum minima diuiduntur, externa ſuperficie illæſa. Quod ſi ſuperficies externa etiam vulneretur, præter contuſionem quoq; vulnus erit. Vult enim Galenus, cum affectus propriã appellationem non habent, vt potius pluribus verbis proprijs eos deſcribamus, quam inepta ac barbara vocabula fingamus.

Quid ruptio ſit proprijſsimè, explicat Galenus cap. *2.* lib. *5.* Methodi. Fit mediante, tenſione cuius cauſę ſunt, humor, excrementum, aut flatus aliquis. Item

contu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

contuſio, vel vehemens conatus ſubeundi aut ſuſtentandi oneris, aut motus repentinus aut validus, priuſquam corpus molliatur, excrementa extenuentur, & exigui carnis meatus laxentur.

Conuulſio in neruo eſt, quaſi ruptio in carne. Cauſæ eius explicantur Aphoriſ. 39 lib. 6. repletio ſcilicet & inanitio. Vtrumq; enim tenſionis cauſa eſt. Reliquorum ſolutionum continui cauſæ manifeſtæ ſunt, vt ſectionis ſecantia, eroſionis erodentia, contuſionis contundentia, id eſt, grauia & dura, in carnem & molliora oſſa incidentia, & aliæ, quas Galenus in fine huius capitis recitat.

FINIS SECVNDI LIBRI.

In li-

IN LIBRVM TERTIVM GALENI, DE DIFferentiis Symptomatum.

QVID eſſet morbus, & quot ſimplicium morborum genera, & quomodo ea inter ſe complicarentur, cerra Methodo ex certis principijs lib. 1. demonſtratum eſt. Secundus liber ſingulorum tam ſimplicium quam compoſitorum generum cauſas expoſuit. Cum autem à poſteriori in morbi cognitionem potiſsimum perducamur, conſequens eſt, vt ſymptomatum, quæ morbos, non aliter quam vmbra corpus, comitari ſolent, rationem etiam habeamus. Horum igitur differentias ſeu ſpecies Galenus hoc tertio libro pertractat. Tribus ſequentibus libris quarto, quinto, & ſexto, cauſas, id eſt, morbos, à quibus ſingula ſymptomata oriantur, recenſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPITVM LIBRI tertij argumenta.

PRimo capite Galenus diligenter diſtinguit ea omnia, quæ corpori præter naturam accidunt, ijsq; ita diſtinctis propria nomina imponit.

Secundò, propriè dicta ſymptomata in tria genera diſtribuit; in actiones læſas, in affectus ſeu qualitates præter naturam corpori inhærentes, & in excretiones ſeu retentiones præter naturam.

Tertio capite deinceps ſymptomatum, quæ in læſis animalibus functionibus, ſenſu, motu, & mente conſiſtunt, differentias pertractat.

Quarto capite læſarum actionum naturalium ſpecies recenſet.

Quinto & vltimo capite reliquorum duorum generum, affectus ſeu mutatæ qualitatis, & excretionis ſeu retentionis præter naturam, differentias perſequitur.

CAP. I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT I.

QVID SIT SANItas, quid morbus, quid affectus, Pathos ſeu paſsio, cauſa per ſe, & per accidens, & quid propriè ſit ſymptoma.

SCopus Galeni in hoc capite is eſt, vt ea omnia, quæ præter naturam corpori accidunt, & magnam habent inter ſe vicinitatem, rectè diſtinguat, & ſingula proprijs nominibus notet. Non enim omnia parem ad indicanda remedia vim habent, & facilè in ijs labi contingit, vt vnum pro altero ſumatur, niſi hac doctrina dioriſtica prius ſimus exercitati.

Ea quæ præter naturam in corpore deprehenduntur, ſunt hæc, affectus corporis iam factus, qui proxima cauſa eſt læſæ actionis, corporis alteratio mutatioq́; fiens, cauſa illius affectus efficiens, actio læſa, & alia nonnulla affectum illum conſequentia.

Affectum conſtantem, ac propriè & per ſe lædentem actiones, morbum appellat, alterationem fientem pathos, cauſam præcedentem affectum, & ſecundario ſeu per accidens vitiantem actiones, non aliter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quàm morbi cauſam nominat. Quæcunque verò morbum conſequuntur, vno nomine ſymptomata appellat. Multis alijs locis Galenus eadem hæc tractat, præſertim cap. 7. & 8. lib. 1. Methodi & cap. 3. lib. 2. Methodi. Quare in hoc loco minus hic eſt immorandum.

Illud notandum eſt, Galenum morbum ex ſanitate, & ſanitatem ex morbo, tanquam ipſius contrario, perpetuò definire, hoc modo. Si ſanitas affectus, diſpoſitio, ſeu conſtitutio eſt ſecundum naturam, probas actiones efficiens, morbus, qui ſanitati contrarius eſt, affectus erit præter naturam, & cauſa prauarum actionum effectrix.

Vult autem hîc Galenus affectum huiuſmodi iam factum eſſe, eoque à paſsione differre, quæ adhuc fit. Nam quod factum eſt, aliquamdiu fixum manet ac ſtabile, & finem illum, quo ducebatur, dum pateretur, attigit. Quod autem fit, mouetur. Motus verò partes nullas habet permanentes.

Huic ſententiæ videtur aduerſari, quod Galenus in arte Medicinali, morbum omnem diuidit in fientem, factum, & futurum. Nam ſi morbi quidam adhuc fiunt, non

non rectè hoc loco aſſerere videtur, requiri ad hoc vt morbus ſit, vt affectus aliquis iam factus ſit ac permanens.

Sed facilis eſt ſolutio. Factus enim morbus is eſt, qui per ſe ſubſiſtit, hoc eſt, in quo iam remota cauſa eſt, ſed affectus à cauſa excitatus, ſenſibiliter actionem lædens, permanet. Neque neceſſe eſt talem affectum ita diu manere, ſed ſatis eſt, vt libro Methodi teſtatur Galenus, ſi vel temporis momentum duret.

Fiens morbus is dicitur, qui partim ita iam factus eſt, vt functiones ſenſibiliter lædat, partim verò à cauſa ſua præſenti adhuc fouetur & fit. Nec quicquam vetat, vt quatenus à ſua cauſa dependet & fit, Pathos etiam nominetur.

Futurus morbus potentialiter tantum morbus eſt. Eius enim cauſa, quæ ipſum efficiat, parata eſt, nondum tamen eius aliquid adhuc effecit, vt apparet in corporibus cacochymia laborantibus.

Cauſam Galenus generaliter hîc definit eſſe id, quod ei, quod fit, aliquam adfert generationis cauſam. Huiuſmodi eſſe materiam in qua, & ex qua ali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quid ſit. Præcipua autem cauſa, quæ à Medicis conſideratur, eſt efficiens, à qua motus principium exiſtit. Ad hanc etiam pertinet inſtrumentum ſeu cauſa inſtrumentalis. Vtilitas ad finem pertinet. Scopus etiam idem eſt quod finis, nondum quidem in actu, ſed tantum præmeditatus, atq; in artificis mente conceptus.

Cauſas ſine quibus non, ſic hoc loco definit, vt ſint eiuſmodi, quæ à veris cauſis non ſeparentur, ad generationem tamen rei nihil conferant.

Sæpè autem multæ cauſæ, priuſquam functio aliqua lædatur, concurrere ſolent. Harum ordinem & connexum obſeruare oportet, ac diligenter conſiderare, quæ prima, ſecunda, tertia, & quæ tandem ea ſit, quæ immediatè primò vitiat actionem. Hæc enim ſola morbus dicitur. Reliquæ cauſarum nomen retinent. Declarat id Galenus exemplo plurium calculorum, continuato ordine diſpoſitorum.

Quod ad ſymptomatis nomen attinet, dupliciter id vſurpari ſolet. Primò in genere pro omni eo, quod corpori præter naturam accidit. Altero modo propriè ac ſpecialiter pro eo tantum accipitur, quod morbum ſequitur, quomodo in hoc toto opere Galenus accipit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

CAPVT II.

DE TRIPLICI DIFferentia ſymptomatum propriè dictorum.

IN hoc ſecundo capite ſymptoma, propriè ac ſpecialiter acceptum, in tria genera primum diuidit: In affectus corpori inhærentes, qui actionibus neq; commodant, neq; incommodant, cuiuſmodi ſunt pallor, fœtor. In functiones læſas, hoc eſt, vel penitus abolitas, vel diminutas, vel corruptas. In excretiones & ſuppreſsiones præter naturam, item ſonos, ſtridores, murmura. Quæ omnia non tam morbos immediatè, quam læſarum functionum ſymptomata ſequi ſolent.

CAPVT III.

DE SYMPTOMATIS actionum animalium.

EX tribus propoſitis ſymptomatum generibus primùm ſubdiuidit illud, quod in læſis functionibus conſiſtit, vtiturq; hac Methodo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Actiones omnes, quæ in ſanis corporibus ſecundum naturam reperiuntur, in duo ſumma genera partitur, in animales & naturales. Sub naturalibus hîc quoq; vitales comprehendit, etſi alio loco tertium genus ex ijs conſtituit.

Deinde rurſus alia diuiſione animalium functionum tres ſpecies enumerat, ſenſitiuas, motiuas, & principes. Poſteà verò ſingulas eas ad vltimas vſq; differentias diducit, & ſenſibiles functiones quinq; ſtatuit, motus vnum ſimplex genus, principes verò functiones triplices. Quæ actiones omnes, cum ſecundum naturam ſimplices ac vniformes ſint, tripliciter tamen, cum à natura recedunt, lædi hîc Galenus oſtendit. Nam vel abolentur penitus, vel diminuuntur, vel corrumpuntur.

Ex quo ſequitur, quodcunq; membrum, quod vel vna aliqua actione præditum eſt, triplici ſymptomatum genere laborare poſſe, cum ſingulæ actiones tripliciter lædantur. Habent autem hæc ſymptomata interdum propria nomina, interdum non niſi oratione explicari poſſunt.

TEX. *Porrò tactus egregium præter cæteros ſenſus in actione ſua ſymptoma poſſidet dolorem.)*

rem.) Dolor, etſi in omnes ſenſus cadit (omnes enim ab obiectis alienis & non proportionatis dolore afficiuntur) maximè tamen ad tactum pertinet, qui cum in homine exactiſsimus maximeq́; ſit perfectus, oportet quoq; pathemata eius validiſsima eſſe. Pertinet autem dolor ad ſenſum tactus deprauati, eſtq́; nihil aliud, quam perceptio rei moleſtantis, & corpus à naturali ſtatu, in eum qui præter naturam eſt, deducentis.

TEX. *Iam pruritus quoq;.*) Pruritus dolor quidam eſt, ſenſu moleſtus, à ſalſis, nitroſis, & interdum acribus ſuccis, in ſumma cute hærentibus excitatus.

TEX. *Veternus & peruigilium.*) Somnus & vigilia affectus ſunt ſenſus communis, in quem videlicet omnes exteriorum ſenſuum ſpecies recipiuntur, & à quo rurſus ſpiritus & facultates in exteriorum ſenſuum organa proferuntur. Eſtq́; vigilia nihil aliud, quam horum ſenſuum omnium incitatio: Somnus verò ceſſatio.

Sed κῶμα, quod interpres hic veternum vertit, quaſi vigiliæ priuatio quædam eſt. Nam qui eo laborant, ita profundum dormiunt, vt etiamſi ſtimulentur, tamen non excitentur. Simile

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

fere accidit in Lethargo, & in comate, quod ὑπνώδης dicitur. In eo verò comate, quod vigilans appellant, ſomnus & vigilia quædam eſt deprauata. Neq; enim quæ eo affecti ſunt, apertis oculis vigilare poſſunt, vel iiſdem clauſis dormire. In multis phreniticis ſomni quædam priuatio apparet. Diminutus ſomnus & vigilia omnibus ſatis nota ſunt.

TEX. *At motiuarum actionum prima ſymptomata.*) Motus ſymptomata ſunt, motus priuatio, imbecillitas, deprauatio, acciduntq; omnibus membris, quæ motiua facultate prædita ſunt. Motus priuatio vniuerſalis in apoplexia, particularis in membris paralyſi affectis, apparet. Imbecillitas motus plurimos morbos comitari ſolet. Ad deprauatum motum pertinent, tremor, conuulſio, palpitatio, concuſsio.

Tremor compoſitus eſt, qui fit partim à facultate membrum attollente, partim ab elementari grauitate ipſum rurſus deprimente.

Conuulſio, eſt muſculorũ verſus ſuam originem ſeu capita inuoluntaria contractio.

Palpitatio, eſt errabundus membri tumor, ab incluſo flatuoſo ſpiritu exitum quæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

quærente procedens. Concuſsio eſt inæqualis membrorum agitatio, cuiuſmodi in refrigeratis membris cernitur.

Pandiculatio, oſcitatio, ſternutamentum, tuſsis, etſi à naturali facultate expultrice aliqua ex parte fiunt, tamen cum ei à cauſis præter naturam inſita ſint, inter ſymptomata deprauati motus rectè numerãtur.

Pandiculatio & oſcitatio muſculorum extenſiones ſunt, quibus natura vaporoſum, quod in ipſis eſt, excrementum excernere nititur, vide comment. Aphoriſ. 51. lib. 7. Verum oſcitatio propriè eſt oris & maxillarum diductio. Pandiculatio ad totius reliqui corporis muſculos pertinet.

Sternutamentum eſt vehemens ac violentus motus, quo natura flatuoſum ſpiritum ex capite propellere nititur, vide Aphor. 52. lib. 7.

Tuſsis eſt vehemens efflatio, qua ſimul excernuntur ea, quæ in trachea arteria hærent, & ſpiritus meatus obſtruunt.

CAPVT IIII.

DE SYMPTOMATIS functionum naturalium.

PRius hic ſupponenda eſt doctrina de facultatibus & actionibus naturalibus in Phyſiologicis tradita. Sunt autem propriè actiones naturales, generatio, auctio, nutritio. Nutritioni verò ſubſeruit concoctio ventriculi, ſanguinis in epate generatio, ſucci benigni diſtributio. Hæ autem actiones ex alijs componuntur, quæ priores ſunt ac ſimpliciores, ſuntq; hæ quatuor, alimenti attractio, retentio, alteratio, & excrementi expulſio.

Ex harum quatuor actionum læſione colligit Galenus ſymptomatum naturaliũ numerum. Si enim ſingulæ actiones dupliciter vitiantur, octo exiſtunt ſymptomatum differentiæ. Si verò tripliciter à natura recedunt, quod vel penitus aboleantur, vel diminutæ fiant, vel deprauatæ, manifeſtum eſt, quod in omnibus particulis quæ nutriuntur, vel nutritioni ſubſeruiunt, & quatuor illis facultatibus præditæ ſunt, duodecim exiſtunt ſymptomatum differentiæ.

Quod ſi eædem illæ partes ſenſu & motu etiam præditæ fuerint, cum vnumquodq; illorum tripliciter etiam vitiari iam demonſtratum ſit, conſtat ad prędictum numerũ, ſex animalis facultatis ſymptomata, in vna aliqua partitione accedere poſſe.

Hanc

Hanc demonſtrationem illuſtrat Galenus exemplis, ac primum oſtendit, quomodo iam commemorata actionum naturalium ſymptomata, tum ventriculo, communi nutritionis organo, tum ſingulis partibus, quæ per ſe nutriuntur, accidunt.

Attractio, ſiue abolita, ſiue imbecilla, ſiue deprauata fuerit, nullum habet propriũ nomen, quemadmodum nec retentio, neq; expulſio, quocunq; modo vitientur. Nam cum abolita eſt, & cibus prorſus nulla qualitate in ventriculo mutatur, ἀπεψία propriè dicitur. Imbecilla verò, cum cibus difficulter & tarde alteratur, βραδυπεψία. Deprauata, cum in alienam ſubſtantiam, vt in praſinam, vel æruginoſam bilem cibus vertitur, δυσπεψία nominatur.

Retentio ventriculi abolita cenſetur, cum omninò non retinetur cibus, & qualis aſſumptus fuerit, mox egeritur, vt apparet in λειεντερία. Imbecillis retentio dupliciter fit. Vno modo, cum cibus non exactè omni ex parte à ventriculo comprehenditur, vel non tanto tempore retinetur, quanto ad perfectam ipſius alterationem opus eſt. De prauata retentio eſt, quæ fit cum vel ſaltu, ſeu palpitatione, vel conuulſione, quæ propriè ſingultus dicitur, vel tremore.

Expul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Expulſio excrementi abolita ſæpè cernitur in voluulo, cum ab immodica Ileï obſtructione, expultrix facultas penitus obteritur ac perit. Idem per ἰσχουρίαν veſicæ accedit, à nimia repletione. Imbecillis expulſio cuiuſmodi ſit, ſatis eſt manifeſtum. Deprauata expulſio eſt, quæ perfecta concoctione celerior eſt vel tardior, aut quæ ſemel impulſa ſiſti nequit.

Notandum autem eſt, quomodo plerumq; plura ſymptomata ſe inuicem ſequantur, & quis ſit conſecutionis ordo.

Imbecillam retentionem, quæ ſit ventriculo non ſatis arctè complectente cibum, ſequi ſolent inflatio & fluctuatio. Inflatio ſine murmure ſit, ventriculi partibus nimium diductis, ſoletq; potiſsimum accidere à cibo ſumpto ſolidiore & pleniore. Fluctuatio cum murmure ac ſtrepitu ſit, à cibo humidiore & parciore.

Imbecillam retentionem, quo ad tempus, videlicet cùm non ſatis diu retinetur cibus, duo alia ſequuntur ſymptomata, concoctio imperfecta, & ciborum in inferiori ventre corruptela. Imperfectam verò coctionem inſeparabiliter comitantur rurſus, celeris deiectio, excrementorum humiditas, digeſtio alimenti deficiens. Cibo-

rum ve-

rum verò corruptelam neceſſario ſequitur fœtor, non neceſſario mordicatio & inflatio.

Deprauatã retentionem, quæ cum tremore fit, ſequitur ventriculi grauitas, ructus, difficilis reſpiratio. Horum ſymptomatum ordinem perſpicere, quomodo alterũ ex altero ſequatur, operæprecium eſt.

TEX. *Ac ventris quidem.*) Hactenus ventriculi exemplo nos exercuit, quatenus commune eſt nutritionis organum, nec ſolùm temperamento, ſed etiam villis ad communis alimenti præparationem vtitur: Adhibitaq; generali Methodo, quot & qualia ſymptomata accidere ipſi poſsint, inuenit, monuitq; eadem ratione ac via, reliquorum naturalium organorum, vt inteſtinorum, epatis, lienis, vteri, teſtium ſymptomata inueſtigari poſſe. Nunc verò deinceps, eandem Methodum exercet, cum in ventriculo, tum in reliquis omnibus corporis partibus, quatenus ſimilares ſunt, nec communi corpori ſeruiunt, ſed inſitis illis quatuor qualitatibus, ad ſui tantum nutritionem vtuntur.

Cùm autem paulò ante demonſtratum ſit, ex vna aliqua actione primum læſa, alteram interdum etiam lædi, aliaq; etiam

alterius

alterius generis ſymptomata plerumq; ſequi, atq; ita ſymptomata alia ex alijs naſci. Ita hîc etiam oſtendit, vitiatis naturalibus partium actionibus, commune quoddam ſymptoma accidere ſolere, quod ἀτροφίαν vocant. Ea enim ferè ſequi ſolet ex attractione, retentione, & immodica ſiue nimia expulſione, quocunque modo vitiata: item ex alteratione abolita, vel imbecilli.

Ex deprauata verò alteratione, non ἀτροφία, ſed alienæ particulæ idæa exiſtit, vt patet in Elephantiaſi & vitiligine. Verum hîc diſtinguendum eſſe Galenus docet. Non enim mutata partis idæa deprauatam alterationem eius partis, in qua apparet, ſed etiam alterius, modò alterationem, modò expulſionem læſam ſequitur. Vt mutati coloris in morbo regio cauſa, non eſt ipſarum decoloratarum partium, ſed vel epatis ac venarum alteratio deprauata, vel meatus fellis læſa expulſio: Vnde deinceps fit bilioſi humoris, ſanguini permixti, praua in vniuerſum corporis habitum diſtributio.

In fine capitis dicit Galenus, omnium horum ſymptomatum, id eſt, læſarum actionum, neceſſario morbum aliquem cauſam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ſam eſſe, idq́; probat dupliciter. Primò per inductionem. Cùm enim vel attractionis vel retentionis vitiatæ cauſas inquirimus, nullas alias deprehendimus quam vel intemperiem, vel obſtructionem, vel alium aliquem morboſum affectum. Secundò probat ex morbi definitione, Definitur enim morbus eſſe affectus præter naturam, primum ac per ſe actionem lædens. Eſt igitur morbus huius generis ſymptomatum cauſa.

CAPVT V.

DE SYMPTOMATIS, *quæ in affectibus corporis ſeu qualitate mutata conſiſtunt.*

ENumerauit nunc & certa Methodo inuenit omnes ſpecies ſymptomatum primi generis, quod in læſis actionibus conſiſtit. Hoc verò quinto capite ſecundum ſymptomatum genus explicat, quod conſiſtit in affectibus, ſeu qualitate mutata. Diuidit autem hęc ſymptomata, prout ſenſibus percipiuntur, in affectus ſeu qualitates viſibiles, olfactiles, guſtatiles, tactiles, audibiles.

Viſibiles, ſunt colores omnes prȩter naturam,

turam, vt pallor, liuor, color porraceus, fuſcus, ater, qui à quibus affectibus & humorum vitijs naſcantur, docet lib. 5. de locis affectis cap. 7.

Olfactiles qualitates, ſunt fœtores, ſeu odores præter naturam, cuiuſmodi ferè putredines ſequi ſolent. Redduntur autem potiſsimum per reſpirationem, & totius corporis perſpirationem. Prodeunt etiam à membris putreſcentibus, naribus, auribus, dentibus, item ab excrementis & ructibus.

Guſtatiles, ſunt alieni ſapores, quos ægri ipſi potiſsimum ſæpè deprehendunt, in proprio ſanguine, ſudore, ſaliua, vomitu, ſputo. Hi ſapores ex humorum vitijs ſæpè naſcuntur.

Tactiles, ſunt malæ qualitates, quæ ſimilarium partium prauum temperamentum ſequuntur, vt durities, mollities, aſperitas, &c.

Audibiles qualitates, ſunt ſoni omnes præter naturam, vt ſtrepitus, murmura, ſtridores in ventre excitati, vox rauca, clangoſa, tremula, aurium ſibilus. Sed ſonitum præter naturam è corpore prodeuntem, nonnulli ad hoc ſecundum genus malæ qualitatis, alij ad tertium, de quò mox dicetur, referunt. Alij quartum quoddam genus ex ijs conſtituunt.

Vox

Vox vitiata, quæ oris, faucium, palati, aſperæ arteriæ, pulmonum, & thoracis morbos ſequitur, ſub ſonitu præter naturam tanquam ſub genere continetur. At nihilominus malus motus thoracis, pulmonum, laryngis, linguæ, labiorum, à quo vox & loquela vitiatur, ad aliud genus læſarum functionum pertinet.

CAPVT VI. & VLTIM.

DE SYMPTOMATIS, quæ conſiſtunt in excrementorum mutatione.

HOC vltimo capite tradit Galenus differentias ſeu ſpecies tertij generis ſymptomatum, quo continentur omnia, quæ præter naturam à corpore excernuntur, vel in ipſo retinentur. Minimè autem hoc ſymptomatis genus negligendum eſt. Vt plurimum enim læſas functiones naturales & morbum oſtendit, vt effectus cauſam, ſæpè etiam locum affectum.

Inter prognoſtica autem ſigna, ea quæ excernuntur, præcipuum locum obtinent. Præ cæteris enim ſignis maximè præſentem concoctionem aut cruditatem oſtendunt,

dunt, & morbum breui aut multo poſt finitum iri ſignificant. Ad hæc præſentis vel iam inſtantis criſis non ſolùm ſigna ſunt, ſed etiam cauſæ.

Sunt autem huius generis tres primæ differentiæ. Tripliciter enim quæ excernuntur, vel retinentur, à naturali ſtatu recedunt: tota ſubſtantia, quantitate, & qualitate.

Tota ſubſtantia alienus ſanguis cenſetur, quatenus ex quacunq; corporis parte præter naturam excernitur.

Quantitate peccat vrina, quæ per diabeten immodicè redditur, item quæ per ἰσχουρίαν, δυσουρίαν, & στραγγουρίαν nulla vel pauca excernitur, quamquam eadem & qualitate nonnunquam peccat.

Peccant enim qualitate excrementa omnia, quæ naturalibus excrementis ſimilia non ſunt, vt vrina oleaginea, furfuracea, viridis, liuida, nigra: fœtens ſputum, viride, ſpumoſum, rufum: Stercus humidum, pingue, viſcoſum. Ex quibus excrementorum qualitatibus præcipuè coctionem aut cruditatem cognoſcimus, & morborum tempora deſignamus.

Porrò excreta & retenta omnia vt ſymptomata ſint, neceſſe eſt vt morbos ſequantur im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

tur immediatè, vel alijs ſymptomatibus intercedentibus. Sanguinis fluxus immediate ſequitur morbum, nempè ſolutionem cõtinui aut ἀναστόμωσιν. Muliebris fluxus ſequitur aut retentionem debilem, aut expulſionem deprauatam ſeu nimiam. Cum tenuis ac ſeroſus eſt, prauam epatis ac venarum alterationem, aut excretionis ſeu ſecretionis errorem ſequitur. Similiter de ſudoribus iudicandum eſt, vt patet in textu.

At quæ valida vi expultrice naturaliter excernuntur, opportuno tempore, hoc eſt, cum alioqui retenta naturæ moleſtiam allatura eſſent, ea quantumuis naturalem formam non ſeruent, & omnibus qualitatibus aliena ſint, tamen non ſymptomata ſed naturæ opera iudicanda ſunt. Tenendum enim illud eſt ſemper, quod à Hippocrate ſcriptum eſt, Aphor. 2. & 25. lib. 1. Si talia excernantur, qualia oportet, confert, & benè ferunt, ſin minus, contra.

Sic quęcunq; per ſalubres criſes excernuntur, qualiacunq; ea ſint, naturæ operibus, non ſymptomatibus annumerãda ſunt. Sed non mediocri induſtria opus eſt, vt naturæ opera à ſymptomatibus diſcernamus.

FINIS TERTII LIBRI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

INDEX VOCVM ET RErum præcipuarum, in prima parte huius Operis, quæ Φυσιολογικὴ dicitur.

A

ABdominis muſculi. facie
Actiones probæ. facie
Actionum differentiæ & organa. fac.
Adipis temperamentum. 54.
Adipis collectio & vſus.
Aër elementorum humidißimum. 21. 25.
Aër ignis ætherei fit alimentum.
Aër ſuſcipit alterationes, varias induit quali-
tates.
Aër cur facilè in ignem mutetur.
Ætatum in quibus natiuum temperamentum im-
tatur, quinq; ſpecies.
Αλφος vitiliginis ſpecies, cutem fœdo colore in-
ficiens.
Alterationem fieri per contactum.
Anatome.
Anima.

Anima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Animæ ſpecies & actio propria. ibidem
Animæ facultas ſenſitiua. 350
Appetitus hominis proprius. 366
Appetitus triplex. ibid.
Aqua elementorum frigidiſsimum. 21
Aquæ in generatione officium. 35
Ars. 371
Artis definitio. 5
Ars medica cur inuenta. 1
Artium præcepta debere eſſe vera, vtilia, & rectè connexa. ibid.
Arteriarum vſus & principium 114. 115. Motus. 116 Diſtributio. 344
Arteriæ venoſæ ortus. 323
Aſperæ arteriæ ortus. 323. Subſtantia, tunicæ, & cur dicatur aſpera. 332
Auditus organum, 136
Auditus obiecta. 356
Auctio quid ſit propriè. 224
Auris cartilago vnde naſcatur. 386

B

Bilis atræ triplex differentia. 210
Bilis vitellina. 209. 210
Bilis excrementi vtilitas. 262
Bilis naturalis, & quomodo à natura ſua degeneret. 209
Bilis in ventriculo vnde generetur. 207

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Bilem in ventriculo geeneratam eſſe præter naturam. 207

C

Calcaneum talo ſubſterni. 188
Calcanei tendo fortiſsimus totius corporis. ibid.
Calcanei figura. 189
Caliditas humiditati non eſt contraria. 25
Caliditas aëris qualitas. 27
Calidum & frigidum varie dicitur. 49. 50
Calor natiuus. 85
Caluitij & canitiei cauſa. 69
Caro proprie dicta. 87. 88. 101
Caro ex quibus conſtet, & unde generetu, reiuſque vſus. 101
Caro gingiuarum & glandularum non propria caro. 101
Carpi compoſitio. 168
Carpi oßium ordines. 169
Cartilaginum ſubſtantia & vſus. 119
Cauitates corporis inſigniores tres. 193
Cauſæ alterantes quatenus ſint temperamenti notæ. 78. 79
Cerebrum mentis domicilium. 193
Cerebri membranæ, earumq; vſus. 375. 376
Cerebri ſubſtantia. 379. diuiſio. ibid. ventriculi. 380. ventriculorum vſus. 381. partes. 382

Cerebri

Cerebri temperamentum, quibus notis ſit explorandum. 395. 396. 397. 398. 399. 400.
Cerebri pituita ubi colligatur. 139
Cerebelli proceſſus vermiformis dictus. 383
Chylus naturalis, & quomodo à natura ſua degeneret. 207
Chylus quando in ſanguinem mutetur. 197
Clauiculæ. 163. earumq; vſus & ſubſtantia. 164
Compoſita omnia priora eſſe in reſolutione. 9
Compoſitionis ratio in quibus conſiſtat. 10
Compoſitarum partium ſanitas. 10
Concoctio. 3
Concoctionum ſpecies. 196. 197. 198.
Ad conceptionem quæ concurrere debeant. 296
Conſtitutio artis medicæ per ἀνάλυσιν. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14
Contrariorum vſus moderatus. 244
Concretionis ſanguinis cauſa proxima. 204
Cor præcipuum vitalis facultatis inſtrumentum. 312
Cordis ſitus. 322. caro. 326. figura. ibid.
Cordis duplex facultas. 325. fibræ. 326
Cordis cauitates, ſinus, pulſus. 326. auriculæ. 328
Cordis capſula, eius vſus, figura, initium. 329

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Cordis affectus, 367

Cordis temperamentum. 76. quomodo cogno-
ſcendum, 345

Corpora ex elementis conſtitui, 23. 34

Corpora aqua madefacta cur humidiora appa-
reant, quàm quæ in aëre verſantur. 26

Coſtæ oſſeæ vel cartilagineæ. 158

Coſtæ veræ & nothæ. 159

Coſtarum quantitas non eadem. 159

Coxæ partium nomina. 176

Coxæ ſcapulis comparantur. 177

Coxarum vſus & commoditates. ibid.

Coxendicis ſinus omnium maximus. 179

Cranij totius vſus, figura & magnitudo. 125. 126

Cranij partes earumq́; commißuræ. 127

Cranium cur potius ſit compoſitum ex pluribus
oßibus, quam ex vno continuo oſſe. 128. 129

Cranij foramina. 137 138

Cubiti compoſitio. 166

Cutis temperamentum & ſubſtantia. 52. 95

Cutis color indicans temperamentum. 72

Cutis prima occurrit in opere Anatomico. 95

Cutis cur ſenſilis facta ſit ibid.

Cutis raritatis duplex vtilitas 96

Cutis denſa 96. 97

Cutis omnium partium maximè imbecillis. 97

Den-

D

Dentium vſus & numerus. 145
Dentium commiſſuræ 146
Dentes ſentire. 117. 147
Diaphragma præcipuum reſpirationis organum. 317
Diaphragmatis vſus, ſitus, forma. 317. *nerui, & muſculorum eius actio propria.* 318
Digitorum numerus & vſus. 171. 172
Digitorum figura 172
Digiti cur inæquales. 172
Diſponendorum præceptorum ratio. 6
Dura mater, 75
Duræ matris vſus, foramina. 376. *ſuperficies exterior.* 377. *interior.* 378

E

Elementa. 5
Elementa debere eſſe corpora actiuis qualitatibus prædita. 20
Elementa eſſe omnium ſubſtantiarum extrema, & ſummé contraria. 47
Elementa partium ſimilarium oportere eſſe mutabilia. 19
Elementa qualia ſint, & quot. 18
Elementa quatuor. 16. 21. 22
Elementorum præceptio ad quæ neceſſaria. 15
Elementorum mixtio. 28. 29. 30. 31.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Elementorum formæ an in mixtis maneant. 30
Elementorũ in generatione officium. 32. 33. 34. 35
Elementum quid ſit. 23
Ex elementis omnia naſci. 23
Ex elementis corpora conſtitui. 24
De Elementis Epicuri ſententia. 17
De Elemento uno Anaxogoræ optimò. 17
De Elementis diſputatio cur inſtituta. 36
Elephantiaſis. 216
Epatis temperamentum. 282. 283
ἐπιδέρμις ſeu cuticula. 95
Epigaſtrium. 231
Epigaſtrij compoſitio eiusq́; vſus. ibid.
Επιγλώτlις. 396
Excrementa tria ſecundæ concoctionis. 197
Excrementa partium ſolidarum. 199
Excrementa ſpecialia certarum partium. ibid.
Excrementa naturalia. 205. & non naturalia. 206
Excrementa in temperamentis eſſe diſcernenda. 246
Excrementa duo á puro vtiliq́; ſucco in epatis ſanguificatione redundantia. 260
Excrementorum quæ in epate generantur natura. 281

F

Facultas alimentum attrahens. 219
Facultas alimentum diſtribuens. 218

Facultas alteratrix & retentrix. 220
Facultas auctrix & nutrix. 223. 226
Facultas expultrix. 219
Facultas generatrix 225. vis eius duplex. 226
Facultas nutritiua ſuprema. 217
Facultatum nutritiuarum auxiliariæ quatuor. 218
Facultatum nutritiuarum eſſentia. 221
Fauces. 338
Femoris ſtructura optima. 164
Finis artis medicæ. 2
Fibula, eiusq; figura, & proceſſus. 187
Fœtus in vtero auctio & nutritio. 226. 227
Fœtus formatio. 301. 302. motus. 303. ſitus. 304. quomodo per vteri os elabatur. 305
Formæ ſalubrium temperamentorum. 13
Frigiditas aquæ propria. 25

G

Gargareon, eiusq; vtilitas & ſubſtantia. 340
Genera organorum apparentium per ſe. 2
Generatio 224
Generationis materia. 284
Generationis organa in genere. ibid.
Generationis organa in mare. 285
Generationem fieri ex contrarijs & per contraria. 21
Glandulæ ad laryngis radicem ſitæ. 338

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Glandulæ ſub aurium radicibus poſitæ. 339
Glandulæ ſaliuam ſuppeditantes. 238
Glandularum vſus. 339
Guſtatus quid ſit, 341. quomodo fiat, 358. eius obiecta. ibid. & inſtrumenta. 360

H

Homo animal perfectiſsimum. 8
Humiditas cur ſuperioribus qualitatibus annumeretur. 20
Humiditatem à caliditate non immutari. 21
Humidum ſubſtantificum. 85
Humidum alimentarium. 86
Humeri ſubſtantia forte eſt. 164. 168
Humor aqueus vel albugineus. 388
Humor Cryſtallinus ſiue glacialis, 387
Humores naturales. 201. 202. 203
Humorum naturalium generatio. 205
Humores non naturales, 207
Humores ſecundarij unde dicantur. 206
Humores ſecundarij probi vel vitioſi. 213
Humorum ſecundariorum non vitiatorum natura. 213. 214
Humor vitreus. 388

I

Iecur. 257
Iecoris ſubſtantia propria ac prima ſanguinis effectrix, 257. ſitus & forma. 258

Iecur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Iecur præcipuum organum nutritionis. 258
Iecur grandius in homine quam cæteris animalibus. ibid.
Iecoris tunica & nerui. 260
Ignis elementorum omnium calidiſſimum. 21. 25
Ignem absq; aëre non conſiſtere. 22
Ignis propria qualitas. 25. 27
Ignis officium in generatione. 32. 33
Ignis ſecundæ qualitates, earumq; uſus. 33. 34
Impetigo ſimilis vitiligini. 216
Imperfectè mixta quæ ſint. 43
Inferiorum corporum elementa quatuor. 16
Inſomnia. 369
Inſtrumentarias partes ex ſimilaribus componi. 15
Intercoſtales muſculi. 320
Internæ partium affectiones unde judicandæ. 3
Inteſtina gracilia & craſſa. 241
Inteſtini coli ſitus. 252. fibræ. 253
Inteſtini ilei initium. 251
Inteſtinorum tunicæ. 252. nerui. 253
Inteſtinorum officium & compoſitio. 248
Inteſtinum cæcum, κῶλον. 251. rectum. 252
Inteſtinũ duodenum, Græcis δωδεκαδάκτυλον.
Inteſtinum jeiunum et εἴλεος. ibid. (250
Inuolucra fœtum tegentia. 251

K

Καχεξία & κακοχυμία unde oriantur. 215.
216.

L

Lac in mammis unde generetur. 306
Lactis generandi inſtrumenta. 307
Larynx. 334
Laryngis cartilagines & figura. 335
Laryngis muſculi. 337
Leonis temperamentum. 49
Lepra ſimilis ferè affectus ſcabiei. 217
Lien. 263
Lienis actionum cauſæ. 363
Lienis ſitus, formæ, tunicæ. 264
Ligamentum. 109
Ligamentorum differentiæ 110
Lingua loquelæ & guſtatus organum. 341. 358
Liguæ ſubſtãtia, nerui, venæ, arteriæ, tunicæ. 341
Linguæ radix & baſis. 342. fibræ. 343
Linguæ uſus. 341
Lingula præcipuum organum à quo vocum ac tonorum varietas oritur. 336
Locomotiua potentia. 368

M

Mammæ lactis generandi inſtrumenta. 307
Mammarum venæ, venarumq; illarum origo ſeu radix triplex. 308
Mammarum ſubſtantia & ſitus. 309
Maxillæ ſuperioris oſſa. 141. foramina. 142. 143. inferioris os & partes. 144

Mediaſtinum eiusq; vſus & origo. 332
Medicinam impellente neceßitate eſſe inuentam. 1
Medicum ſua dogmata debere demonſtrare. 16. 17
Medium per quod odores diffunduntur. 357
Melancholicus humor naturalis. 210
Membra principalia quatuor. 62
Membrorum nutritiuorum vſus. 195
Membrorũ genitalium temperamentum. 297. 298
Membranæ earumq́; vſus. 98
Membranarum variæ differentiæ. 98. 99
Membrana carnoſa, eiusq; vſus. 99
Memoria. 364. 372
Mentis actiones. 370
Mens ſoluta corpore. 372
Meſenterium eiusq; initium. 255
Meſenterij venæ vnde oriantur. 254
Metacarpiũ, eiusq́; cõpoſitio, oſſa & muſculi. 170
Methodus ἀναλυτικὴ, συνθετικὴ, & ὁριστικὴ in artibus. 6
Miſcere quid propriè ſignificet. 28. 29
Mixtionis natura. 29
Morbus. 12
Morborum gradus. 13
Muſculus. 102
Muſculi motus duplex. 103. 107
Muſculi compoſitio. 103. partes. 104. formæ. 105. vnde denominentur. 106

Muſcu-

Muſculus brachium attollens. 163
Muſculi ex ſuperficiebus oßis Ilei producti. 178
Muſculi thoracis. 319
Muſculi intercoſtales, eorumq́; vſus. 320
Muſculi abdominis. 321
Muſculi laryngis 337
Muſculi linguæ motum gubernantes. 343
Muſculi oculorum. 393 394

N

Narium cartilagines. 381
Naſi compoſitio. ibid.
Naſus cur factus ſit. 384
Nerui ſubſtantiam & temperamentum ſuorum principiorum imitantur. 211
Nerui lumborum & oßis ſacri. 156
Neruorum origo & ſubſtantia. 210
Neruorum vſus & formæ. 212 213
Neruorum paria triginta ex ſpina oriri. 149
Neruorum ex colli vertebris prodeuntium diſtributio. 155
Neruorum ex thoracis vertebris prodeuntium diſtributio. ibid.
Neruus inſtrumentum tactus. 359
Nutritio. 224
Nutritio quomodo cibo ac potu perficiatur 195
Nutritionis organa, & quid in ijs ſpectandum. 228. 229. eorumq; organorum differentiæ. 280.

Nutri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Nutritionis organum præcipuum jecur. 359

O

Obſtetricum officia. 306
Oculi compoſitio. 387
Oculi tunicæ. 389. 390. 391
Oculorum muſculi. 293. 394
Odor. 357
Odoratus obiecta. 357. organum. 384
Omentum. 234
Omenti principium, & vtilitates. 235
Omenti ſitus. 236
Organa actionum. 8. iudicandi. 2
Organorum apparentium per ſe genera. 2
Orificij ſuperioris nerui. 241
Orificia ventriculi eorumq́; ſitus. 239
Orificia vaſorum cordis. 326
Oſſa auditus organum componentia. 136
Os baſilare, omnium cranij oßium craßißimũ. 132
Oßium βρέγματος commiſſuræ. 127
Os brachij eiusq́; partes. 164
Os κόκκυγος. 154
Oßium commiſſuræ variæ, earumq́; appellationes. 123. 124
Oßium commiſſuræ motum habentes & non. 124
Oßium cranij craßities & raritas. 129. durities & mollities. 130. 131
Oßium cranij proceſſus triplex. 133. 134

Oßium differentiæ quoad ſubſtantiam. 117
Oſſa digitorum. 173. quid commune habeant
cum reliquis oßibus quæ articulantur. 173
Oßium digitorum articulatio. 174
Oeſophagus. 238
Os femoris eiusq́; articulatio. 181
Oßis femoris partes, capita & ſinus. 183
Oßis Ilij cum ſacro connexio. 177. 178
Oßis pubis foramen. 181
Oßis ſacri connexio, proceſſus, & ſuperficies. 154
Oßium partes, earumq́; appellationes. 122
Oßium ſinus. 123
Oßibus nullum eſſe ſenſum. 117
Oſſa internorum viſcerum propugnaculum. 118
Oſſa pedis. 188
Oſſa temporalia omnium durißima. 132
Oſſa verticis omnium rarißima & molliſſima. 130
Os jugale vel paris. 133
Os nauiforme. 189
Os odoratus organum componens. 135
Os pectoris eiusq́; vſus. 160
Os pubis ex coxarum extremis conſtitui. 180
Os ſacrum. 149. 154
Os ὑοειδές, eiusq́; figura & ſitus. 148

P

Palpebræ, earūq́; ſubſtantia & cartilagines. 392

Papillæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Papillæ, earumq́; ſubſtantia. 307
Papillas ſenſu eſſe præditas. ibid.
Partes diſsimilares & organicæ. 9
Partes ſimilares. ibid.
Partes ſimilares mutari. 17
Partium interiorũ natura qua ratione cognoſcatur. 8
Partium ſimilarium morbus. 12
Partium ſimilarium ſanitas. 11
Partus. 304. 305
Patellæ, eiusq́; vſus, & ſubſtantia. 185
Pedium in quibus Metacarpio ſit ſimile, in quibus diſsimile. 190
Pedum digiti, manuum digitis ſimiles. 190
Pericardium. 329. 330
Peritonæi ſubſtantia. 232
Peritonæi ſitus, connexus, figura, magnitudo, & vtilitates. ibid.
Perfectè mixta quæ ſint. 43
Pia mater, eiusq́; vſus. 378
Pili capitis. 69
Pilorũ differẽtiæ ſecũdũ ætates, ſexus regiones. 68
Pilorum generatio. 64. 65
Pilos non naſci ex cicatricibus. 71
Pilorum ſecundum colores differentiæ, earumq́; cauſæ. 67
Pilorum temperamentum. 54
Pituita naturalis, & quomodo ea in ſanguinem mutetur. 211

Pituitæ temperamentum. 5

Pituita vitrea & gypſea. 21

Pleura eiusq; vſus & origo. 33

Pollicis ſitus & vſus. 17

Pollicis articulatio. 17

Præceptorum quæ in arte medica traduntur finis. 3

Præcepta artium principia. 5. 6

Progreſſus in methodo Analytica. 6. 7

Prudentia. 37

Pulmo aëris promptuarium. 321.

Pulmonem proprium motum non habere. ibid.

Pulmonis ſubſtantia, ſitus, formæ, & tunicæ. 32

Pulmonis vaſa, vaſorumq; initium. 323. & diſpoſitio. 324

Pulſus vſus. 314

Pupilla. 390

Q

Qualitates actiuæ. 20. primæ. 24. 25

Qualitates primæ cur non ſint remiſſæ ſed ſummæ 42

Qualitates primas eſſe tactiles. 55

Qualitates ſeparatim extra corpora nō ſubſiſtere. 20 (47

Qualitates ſummas temperamentum producere.

Qualitates tactiles quanam corporis parte ſint explorandæ. 51

Radius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

R

Radius, eiusq́; articulatio. 167. *& ſubſtantia.* 168
Renes cur gemini facti ſint. 276
Renum actio. 275. *ſitus, ſubſtantia, tunicæ,* 276
nerui, figura & venæ. 277
Reſpirationis cauſa efficiens & impellens. 315
Reſpirationi ſubſeruientia inſtrumenta. 316

S

Sanguificationis, quæ fit in epate excrementa. 260
Sanguinis caliditas quomodo inueſtigetur. 52
Sanguinis degeneratio. 208
Sanguinis natura diuerſa. 201
Sanguinis naturalis & optimi notæ. 208
Sanguinis qui in epate generatur natura- 281
Sanguinis ſimplex ſuccus cur ex chylo generari non poßit. 201
Sanguinis temperamentum. 53
Sanguis gignens colorem cutis. 72
Sanitas. 7. 8. 91
Sanitas compoſitarum partium. 10
Sanitas ſcopus in diſputatione & actione medica. 91
Sanitas ſimplex morbo multiplici opponitur. 7
Sanitatis ac vitæ forma. 37. 38
Sanitatem aliam alia eſſe præſtantiorem. 12
Sanitatis effectus ſanitatem ſequi 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Sanitatis latitudo. 92. 93
Sanitatis natura. 91
Sapientia. 371
Scabies ſimilis affectus vitiligini. 216
Scapulæ, earumq; figura. 161
Secundina. 293
Semen vltimi alimenti portio. 226
Semen quomodo ad generationem idoneum efficiatur. ibid.
Seminis temperamentum. 299
Senſus duplices. 350
Senſus communis. 362
Senſuum externorum diſcrimina. 352. 353
Senſuum externorum verum & incorruptum judicium. 360. 361
Senſus interiores. 363. 364. 365
Senſus judex rerum ſenſibilium. 3
Senſuum actiones. 8
Senſuum interiorum conſenſus. 373. 374
Senſuum organa. 307
Siccitas cur ſuperioribus qualitatibus annumeretur. 20
Similaria non eſſe vnius generis. 19
Similares partes. 9
Similarium partium natura. 15. & vſus. 94
Similarium partium ſanitas. 11
Similarium partium triplex ſubſtantia. 87

Simila-

Similaria quædam regenerari, quædam non regenerari. 88
Somnus eiusq; cauſa. 368. 369
Soni acuti cur magis audiantur quam graues. 357
Sonus vnde oriatur. 356
Spina omnium oßium fundamentum. 148
Spinæ vſus. 149
Spina ex quibus conſtet. 148
Spinarum articulatio. 151
Spiritus animales elaborari in ventriculis cerebri. 382
Spiritus vitalis. 312. 313
Sterilitatis cauſa quomodo cognoſcatur. 298
Stirpes nutriri ex quatuor elementis. 22
Stomachus, 237. 238
Surditatis indicium. 357

T

Tactus inſtrumentum, & quomodo fiat. 359
Tactus qualitates maxime corporeæ. 19
Tactus ſenſus maximè corporeus. ibid.
Talus. 188
Tangendi facultatem à cerebro defluere 359
Tarſus pedis, oßiumq; eius articulatio. 189
Temperamentum quid ſit. 39. 40
Temperamentum abſolutè temperatum. 43. 48
Temperamentum æquale aut inæquale. 62. ex
ex colore cutis quomodo dignoſcatur. 72

Temperamentum cur per ſingulas ætates mutetur. 42
Temperamentum quatenus pars ſimilaris & inſtrumentalis. 37
Temperamentum non eſſe quintam quandam qualitatem. ibid.
Temperamentum leonis. 49. hominis 50
Temperamentum vniuerſi corporis. 56. 57. ab humoribus non eſſe æſtimandum. 58. 59 cognoſci ex ſignis ſeu ijs quæ temperamentum ſequuntur. 60.
Temperamentum internarum partium ex proprijs functionibus judicandum. 75
Temperamentum cordis. 76
Temperamentum natiuum quomodo conſuetudine ſeu victus ratione & ætate mutetur. 80. 81. 82
Temperamentum ratione victus acquiſitum. 81
Temperamenta tactu diſcerni & dijudicari. 51
Temperamenti primum & præcipuum indicem eſſe cutem quæ eſt in interna manu. 52
Temperamenti in ſingulis partibus ſimilaribus demonſtratio. 53. 54. 55
Temperamenti æqualis ſigna. 62
Temperamenti notæ. 78. 79
Temperamentorum differentias exactè ſciri non poſſe. 45
Temperamentorum differentiæ. 43

Tempe-

Temperamentorum dignoſcendorum generalis ratio. 51. 52
Temperamentorum doctrina cur neceſſaria. 47
In temperamentorum eſſentia quid ſpectandum. 40
Temperamentorum exceſſum notantium variæ ſignificationes. 49
Temperamentorum utilitas. 89. 90
Temperamentorum ſimplicium & compoſitorum ſpecies. 44
Temperamentorum ſalubrium formæ. 13
Temperamentorum qualitates cur non conſiderandæ. 40
De Temperamento non iudicandum eſſe ex conformatione partium. 76
De Temperamento totius, non ex vna aliqua particula, ſed ex omnibus iudicandum eſſe. 77
Temperamentum confici ex quatuor qualitatibus. 44
Temperatum cum additione generis aut ſpeciei quid ſit. 48. ſimpliciter aut abſolute. ibid.
Temperati duplex ſignificatio. ibid.
Tendinum figura. 108
Tendines cur etiam dicantur chordæ. ibid.
Terra elementorum ſicciſſimum. 21. 25
Terræ in generatione officium. 35
Terræ qualitates. 25. 27

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Terræ qualitates ſecundæ, aëris & ignis qualitatibus contrariæ. 35
Teſtium ſubſtantia & forma. 285
Teſtium tunicæ. 287. 288
Thoracis compoſitio & vſus. 157. muſculi. 319
Thorax cordis receptaculum. 193
Tibiæ compoſitio & comparatio cum vlna & brachio. 186. cum femore articulatio. ibid.
Tibiæ figura & proceſſus. 187
Tranſmutationem fieri ex contrarijs & per contraria. 25

V

Varij & vatij vnde exiſtant. 185
Vena ἄζυγος. 267
Vena caua omnium venarum principium. 265
Vena caua ab epatis parte conuexa explantatur. 114
Vena jugularis exterior & interior. 270. 271
Vena humeraria. 269
Vena mediana. ibid.
Vena portæ eiusq; proceſſus. 256
Venæ arterioſæ ortus. 323
Venæ axillares & jugulariæ. 268
Venæ cauæ diductio. 266. 267. 268
Venæ cauæ ſeries infra iecur. 272. 273
Venæ iecoris cur ſint exiles. 257
Venarum vſus, principium, vis & ſubſtantia. 114. 115

Vena-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Venarum meſenterij initium. 254.
Ventrecur Anatome inchoari ſoleat. 193
Ventriculi temperamentum quomodo cognoſcendum. 242
Ventriculus potiſsimum chylificationis organum. 238
Ventriculi ſitus, & figura. 239. cauitas, tunicæ. 240. venæ. 241
Ventris nomine quæ intelligantur. 230
Vera præcepta. 2
Vera præcepta debere etiam eſſe vtilia. 5
Vertebrarum proceſſus & foramina. 149
Vertebræ colli. 152. thoracis, lumborum. 153
Vertebræ duplices. 150
Vertebræ quomodo colligantur, earumq́; commiſſuræ. 151
Veſica vrinaria, eius ſitus, forma, tunicæ & ceruix. 279
Veſiculæ fellis ſubſtantia, forma, ſitus & progreſſus. 261
Villi, eorumq; differentiæ. 221. 222
Vigilia. 368
Viſcerum ſubſtantia παρέγχυμα dicta. 87
Viſus eiusq; obiecta. 354
Vitalis facultas. 311
Vitiliginis ſpecies duæ. 215. 216
Vlna eiusq́; ſubſtantia. 167. 168

Vnguium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Vnguium natura, vſus & nutrimentum. 175.
176

Vnguium temperamentum. 54

Vreteres. 278

Vteri ceruix vel collum. 290

Vteri ſitus & partes. 288. *fundus* 289. *orificium.* 290. *vaſa.* 291. *temperamentum.* 297.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

INDEX DVARVM POSTE-riorum partium huius Operis, videlicet, ὑγιεινῆς & παθολογίας.

A

AAſceſſuum genera duo. 365
Acrochordones. ibid.
Actionum diuiſio & læſio. 422
Actiones naturales. 426
Actionum naturalium ſymptomata. ibid.
Actiones naturales, vitales, animales, temperamentum indicantes. 39. 90
Ad agendi facultatem quæ requirantur, & vnde ea ſit. 306
Aëris differentiæ & delectus. 66
Ætates hominis. 22
Affectus & affectio quomodo differant. 313
Affectus cauſæ febrium. 397
Affectus ex vigilijs aut triſticia ortus quomodo corrigendus. 125
Affectus veneris quomodo corrigendus. 123. 124
Affectui compoſito ex vltimarum & primarum venarum cruditate, quomodo ſuccurrendum, 182

Affectio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Aſſectiones à cauſis alterantibus temperamentum indicantes. 41
Aſſectuum complicationes. 272
Aſſectuum moderatio. 54. 55
Aſſectuum ventriculi complicationes. 273
Alimenti proportio cum eo quod nutritur. 394
Aluum mouentia remedia. 220. 221
Anaſtomoſes. 347
Animi motus in pueris quomodo ſint moderādi. 55
Apomeli. 173
Apoplexia. 336. eiusq; cauſæ. ibid.
Apoſpaſmata. 374
Apotherapia per frictionē. 109. per balnea. 111. 112
Aquæ bonæ notæ & delectus. 65
Aquæ potio quæ & quando pueris conueniat. ibid.
Ars medica in quarum rerum cognitione præcipuè conſiſtat. 84
Arteriarum ſectio rara. 265
Atheromata. 365
Attractio. 427
Aurium remedia. 282

B

Balnea pueris conuenientia. 48. 111
Balneorum genera. 48
Bilem ante cibum euacuandam eſſe ijs quibus venter eſt bilioſior. 245

Cacochy-

C

Cacochymiæ cauſæ. 136
Cacochymiæ curatio. 137. 152. 246
Cacochymia quibus notis cognoſcatur. 134. 135
Calculi remedia. 277
Caliditatis incommoda. 333
Calor puerorum & iuuenum. 67
Callus. 366
Cancer. 379
Capitis intemperies 255
Capitis remedia propria. 264
Carnes boni ſucci. 160
Carnes ſenibus conuenientes. 210
Catarrhi acris, ſalſi ac tenuis ſigna. 258
Catarrhi calidi effectus. 261. ſymptomata. 262.
Catarrhi cauſæ. 254
Catarrhi cuiuſcunq; communia ſigna. 257
Catarrhi frigidi & humidi ſigna. ibid.
Catarrhi frigidi & humidi effectus. 258. 259
Catarrhi materia. 256
Catarrhi, omniſq; fluxionis curatio. 263
Catarrhus omnium morborum mater. 254
Catarrhus quæ loca occupet. 256
Cauſarum diſtinctio. 420
Cauſæ ſimiles cur non ſemper in quibuſuis corporibus ſimiliter agant. 390
Cerebri expurgationes ſecundum naturam & præter naturam. 73

Cereui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Cereuiſia ſalubris & ſeni conueniens. 218
Cibus ante exercitationem aſſumptus qualis eſſe debeat. 248
Cibi in ventriculo corrupti incommoda. 246
Cœnanè prandio, an prandium cœna largius eſſe debeat. 245
Color corporis, humores indicans. 148
Concoctionum ſpecies 38. 69
Congeſtionis cauſæ. 403
Conſtipationis genera duo. 396
Conſtitutionis cuiuſuis ſigna ex quibus locis petantur. 37. 38. 39. 40
Conſtrictionis pororum cauſæ. 327. 358
Conſuetudinis mutatio quibus & quando ſit opportuna. 224. 225
Contiguitas propria morbis organicis. 303
Continua & contigua quid ſint. ibid.
Continui ſolutio. 304. 305. 335. 413
Continuitas propria ſimilaribus morbis. 303
Contuſio quid ſit propriè 413
Conuulſio. 414. 424. 238. 339
Corpori præter naturam accidentia. 417. 418
Corporis habitus temperamentum oſtendens. 37
Corporis materialia. 11. 12. 13
Corporis triplex ſtatus. 253
Crudorum diæta. 164
Crudorum victus, 155

Crudorum humorum differentiæ. 149
Crudus humor in venis. 163
Crudus humor quomodo à pituita differat. 149
Cutis color indicans ſtemperamentum. 38
Cutis denſatio. 45

D

Diatrion Piperion eiusq; compoſitio. 168. & vſus. 169
Diacalaminthum quomodo propinetur. 177
Diacalaminthi vſus. 178
Diacalaminthum ijs conueniens, quibus vna cum vlceroſo ſenſu etiam crudorum humorum copia in habitu conſiſtit. 175. 176
Dioſpoliticum, eiusq; compoſitio. 166. 270
Dropax. 251

E

Epilepſia, eiusq; cauſæ. 337. 338
Eryſipelas. 377
Euacuationum genera. 86
Exceſſus ex errore in ratione victus commiſſo, correctio. 197
Exercitia omnia mediocria. 202
Exercitatio moderata & immodica. 385. 386
Exercitationes ſecundi ſeptenarij. 62
Exercitationis commoda. 91
Exercitationis modus ſeni præſcriptus ex naturali corporis affectu, item ex conſuetudine, & vitijs corporis. 200.

Exercitationis tempus aptiſsimum. 9
Exercitationum genera. 10
Excrementa cauſæ corrumpentes ſanitatem. 24
Excremēta à quibus cauſis retineantur. 74. 7
Excrementa tria ſecundæ concoctionis. 70. 7
Excrementi pituitoſi in cerebro cauſa. 35
Excrementorum remotio. 79. 80. 8
82. in ea quæ obſeruanda præcipuè. 80.

F

Febris differentiæ. 330
Febris putridæ cauſa. 319. 332
Febrium cauſa in genere. 397
Flammam aëre privatam ſtatim emori 395
Flatuum remedia. 165
Fluxiones. 402
Fluxiones à capite non ſolum fieri, ſed etiam ab alijs viſceribus. 283. 403
Fluxionum cauſæ. 402
Fluxionum ex viſceribus ortarum remedia. 403
Fluxionum repulſio & averſio. 266
Frictio & unctio corpus ad exercitationem idoneum efficiunt. 95. 96.
Frictio cum oleo. 110
Frictionis mediæ notæ. 102
Frictionis præparatoriæ qualitas. 100. & quantitas. 102
Frictionis ſcopus. 100

Frictionum differentiæ & facultates. 97. 98
Frigiditatis immodicè auctæ incommoda. 334.

G

Gangræna. 334.
Gracilitatis remedium. 250. cauſa. 251
Grando. 364

H

Halica. 157
Herpetes. 378
Hiera. 269
Humiditatis ſimplicis intemperiei commoda 342 343
Humorum appellatione quæ contineantur. 12
Humorum cauſa. 319

I

Infans quomodo ablactandus & quo cibo primū nutriendus. 59
Inſtitutio pueri in ſecūdo & tertio ſeptēnio. 68
Intemperiei calidæ & ſiccæ mutatio. 238
Intemperies calida. 235. quam alias Galenus phlegmonem ſiccam appellat. 330
Intemperies calida & ſicca. 236. 237
Intemperies frigida vnde oriatur. 333
Intemperies frigida & ſicca; frigida & humida; & frigida tantùm. 243
Intemperies calida & humida, eiusq́; curatio 241. 242

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Intemperies materialis unde oriatur. 40

Intemperies principalium membrorum quibus notis inueſtigetur. 329

Intemperies ſimplices. ibid.

Iræ remedia unde petenda. 51

L

Lac in mammis unde generetur. 49

Lac puerorum educationi conueniens. ibid.

Lactis commoda & incommoda. 215

Lactis differentiæ. 216. 217

Latitudinis meatuum cauſæ. 327

Laßitudinibus quæ victus ratio conueniat. 119

Laßitudinis tenſiuæ ſpontaneæ curatio. 184. Phlegmonoſæ curatio. 185. 186. 187

Laßitudinis ulceroſæ eſſentiæ. 113. cauſa affectus & ſymptoma. 129

Laßitudines ſimplices quomodo curandæ. 117.

Laßitudines ſpontaneæ. 129

Laßitudinum compoſitarum curatio. 119 120

Laßitudinum cum alijs corporis affectibus compoſitio. 120

Laßitudinum ſpecies tres, ſecundum triplicia ſymptomata, 113. 386

Laßitudo tenſiua & phlegmonoſa. 114. earumque affectus & cauſa. 131

Lepra. 366

Lotio aquæ frigidæ, 61. eiusq; ſi ritè fiat commoda 112.

Lotio

Lotio infantis. 60

M

Mali ſucci curatio & expurgatio. 138. 139. 140
Mali ſucci notæ. 141. 142. 143. 144
Marcor totius corporis ſiccitas. 341
Marcoris differentiæ. 342
Materialia corporis. 11. 12. 13
Meatuum ametria in quibus conſiſtat. 357. 406
Medicamenta ſenum. 213
Medicamentum ex Cotoneo malo confectum. 288
Meliceris. 365
Membra frigida frigidis morbis magis eſſe obnoxia. 335
Methodus. 170
Morbi calidi. 388
Morbi cauſſa efficiens. 318. cauſæ concurrentes. 319
Morbi conformationis. 355
Morbi cauſa materialis. 317
Morbi cauſa quomodo à morbo & ſymptomate diſtinguatur. ibid.
Morbi diuiſio à partibus. 323
Morbi ex ſolutione continui. 372
Morbi frigidi cauſæ. 393
Morbi genus: 310 quomodo id inveſtigandum 307. 308
Morbi in figura cauſæ. 405

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Morbi organici 299. in figura 357. 358. 359. in compoſitione. 353. in Situ. eorumq; cauſæ. 412. differentiæ. 354.
Morbi occulti eorumq; ſpecies. 349. 350
Morbi manifeſti. 349
Morbi partium ſimilarium, ſecundum Galenum & Fernelium. 346
Morbi ſicci cauſæ. 398
Morborum cauſæ in ſolutione continui. 415
Morborum compoſitorũ cauſæ compoſitæ. 400
Morborum cauſa antecedens duplex. 391
Morborum genera in partibus ſimilaribus quot, & unde. 297
Morborum humidorum cauſæ. 399
Morborum partium ſimilarium duo genera ſecundum Galenum. 327
Morborum ſimilarium tria genera ſecundum Fernelium. 331. 348.
Morborum ſimplicium differentiæ. 328.
Morbus quid ſit; 295. 311. 417. eiusq; cauſæ. 360
Morbum eſſe affectum. 313. qualis ſit affectus. 815. 419
Morbus factus, fiens, & futurus. 419
Morbus in poſitu. 356. 361. 363. 371. 372
Morbus magnitudinis. 355. 367. 368
Morbus numeri. 355. eiusq; cauſæ. 409.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Vaſorum amplitudo temperamentum oſtendens 38
Venenum. 350
Ventriculi pituitæ purgatio. 271
Ventriculi roboratio. 268
Vermium differentiæ. 364
Veternus. 423
Victus ratio in infante. 46. 47
Vigilia. 423
Vina calida. 389
Vini genera varia. 207. 208
Vinum pueris noxium. 63
Vinum ſenibus conveniens. 206. 207
Vitiligo. 366
Vomitus quando Cacochymiæ conducat 273
Vrina ſignum ſecundæ concoctionis. 93. 94
Vrinæ craſſæ, item bonæ & malæ notæ 145 146
In Vrina optima & naturali quæ ſpectanda 134. 145.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Errata Typographica præcipua primæ partis quæ φυσιολογικῆ dicitur.

Prior numerus ſemper faciem folij alter lineam denotat.

Facie 8. linea 1. pro conſtituio, lege conſtitutio. Facie 11. lin. 3 & 4. pro Cacalcem, lege calcem. fol. 18. lin. 5. iuuaretur. f. 23. l. 8. Aliud argumentum à natura corruptionis. f. 26. l. 20. & 21. craſsitiem & tenuitatem ab ijs ratione &c. f. 43. l. 12 certa. f. 60. l. 26. conſtantem. f. 62. l. 1. variant. f. 62. l. 24. humidiores. f. 65. l. 23. pro plexuoſi, flexuoſi. f. 74. l. 20. & 21. diſpoſitio. f. 103. l. 22. continente. f. 104. l. 23 periculum. f. 118. l. 23. connexionum. f. 129. l. 10. diſtribui. f. 151. l. 15. appellari. f. 160. l. 10. coſtas. f. 164. l. 5. ἀκρώμιον f. 187. l. 15. fibulæq; f. 222. l. 26. familiares. f. 255. l. 9. nerui. f. 268. l. 10. claviculas. f. 270. l. 12. axillaris. f. 296. l. 11. promouet. f. 314. in titulo cap. 104. omittantur hæc verba. Et quæ inſtrumenta reſpirationi ſubſerviant. f. 332. l. 1. & 2. quam interſepientem membranam, &c. f. 348. l. 25. ſimplex ac peculiaris anima, quæ in &c. f. 352. l. 4. & 5. & in ſpiritu, &c.

Errata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Errata 2. & 3. partis.


F. 54. l. 20, *armaturam.* f, 72. l. 2. *fæcum.* f. 80. l. 4. *in textu.* f, 102. l. 15. *præſcribere.* f. 108. l. 8. *quauis* f. 123. l. 1. & 2. *qui à Venere &c.* f. 124. l. 17. *intemperiei.* f. 135. l. 15. *pituita.* f. 142. l. 28. *& cœli ſtatus.* f. 226. l. 18. *Non eſſe vnam ſalubrem victus rationem, quæ omnibus, &c.* f. 255. l. 28. *externæ.* f. 236. l. 10. *humidi* f. 278. l. 28. *addebat.* f. 297 l. συμμέτρια f. 354. l. 12. *conformatione.* f. 359. l. 18. & 19. *nimirum.* f. 393. l. 16. *apparentium* f. 402. l. 23. *meatus anguſti.* f. 427. l. 18. *Retentio.* *In indice poſtremo ſub littera A.* l. 1. *Abſceſſuum duo genera.* *Interdum quoq; in nomine Galeni C pro G incuria poſitum eſt.*

Reliqua æquus lector ipſe per ſe videbit & corriget.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

ROSTOCHII
IMPRESSVM,
apud Stephanum Myli-
andrum, Megap.



ANNO

M. D. XCI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]

2456.b

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2456 B 8° [10,-177]